

2. F. F. 2. E. f. D. T. O. M.

גַּן־בָּשָׂרֶן

SELL

PARADISUS

LEVITER DELINEATUS,

Nec non

Consensu & Adprob. AMPL. FAC. PHIL.

In Regio ad Auram Lyceo,

Sub PRÆSIDIO,

Admodum Reverendi & Celeberrimi Viri,

Dn. M. DAVIDIS LUNDI

LL. Orient. & jam designati S.S. Theol.

Professoris Publ. & Ord.

Pro Gradu Magisterii,

Publicæ ventilationi modestè submissus

â

S. R. M. Alumno

JONAS S. ERIC DAHLI

Wex: Smol.

Die xix. Junii, Anni M. DC. XC. VII.

In Audit. Max. horis consuetis.

Aboæ, Impr. apud Jo. WALLIUM.

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS
Summæ Fidei Viro,
In CHRISTO Patri
ac
Domino Reverendissimo,

**DN. SAMUEL I
WIRÆNIO,**

S.S. Theol. DOCTORI Celeberrimo,
Inclutæ Diœcesios Wexionensis
EPISCOPO Eminentissimo,

Ven. ibidem Consistorii Ecclesiastici
PRÆSIDI Amplissimo,
Gymnasiorum & Schol. per Diœcesin
EPHORO Gravissimo,

DOMINO, PATRONO, PROMOTORI,
Summo, Optimo, Benignissimo.

humilita^m veneratione æternum
suspiciendo.

*Pacem DEI & exquisitam multorum
annorum felicitatem!*

Reverendissime PRÆSUL,
Domine Benignissime,



nxie deliberare, cui qualem-
cunque hunc conatum a-
cademicum submissè offer-
rem; ne dicam inscriberem,
Et cuius potissimum honori
hanc sive officii sive debiti
devotissimi erigerem statuam, reverentieq; meæ
Et subjectoris affectum aliquà ex parte testa-
rer, non duxi magnopere necessarium, cum
Et plures Et majores, quam ut toto hoc opu-
sculo, nedum paucis hisce lineolis comprehendi
possint, circumstant cause, non tam invitantes
quam prorsus postulantes, ut Reverendissi-
mæ Vestræ Paternitati, animum meum,
quum ultra non valeo, humilimum problem Et
gratissimum. Affactus vester, Reveren-
dissime Pater, in Musas longè latèque cele-
bra-

Gratissimus, inque illarum Sectatores assidu-
os prope divina Benignitas, Doctrina soli-
dissima, virtus decoratissima, honesti & inbo-
nesti discriminatrix sapientia, tum castissi-
mum judicium de utili & inutili publico,
altius quidem commeruere elogium. Speravi
quidem semper meliora potuisse adferre per
hocce quinquennium, ex quo Reverendissi-
mæ Vestræ Paternitatis permisso benignissi-
mo & consilio saluberrimo ad celeberrimum
hoc, quod Aboë est, Eruditionis delubrum ac-
cessi, ad hunc usque temporis punctum, quo
iterum sub Reverendissimæ Vestræ Pa-
ternitatis sinum tutissimum & promotionem
benignissimam redire humilime gestio; Sed
voluntatem promtissimam iratior destituit
fortuna. Adeoque nil nisi rudem imaginem
horti illius Paradisiaci, primi nostri paren-
tis sedis augustissimæ, indocto penicillo de-
lineatae, pro innumeris & ineffabilibus in-
me collatis beneficiis reporto, & jam non ut
aliquid munus vel debiti solutionem, sed ut
pignus & ejusdem agnitionem ad Reve-
rendissimæ Vestræ Paternitatis pedes
submissè & reverenter depono. In sublimi li-
cer degat Reverendissima Vesta Pater-
ni-

nitas, sapissime tamen ad infima eant jaluber-
rimæ Vestræ curæ, omnesq; Egenos Musarum
Alumnos, quorum & ego humilimus sum &
ultimus, propensissime erigant, faveant & pro-
moveant. Suscipiat itaque & hoc animi subje-
ctissimi pignus serenò placidòque vultu Re-
verendissima Vestra Paternitas, quod hu-
milima pectoris veneratione offero, est quod sub-
missè oro atque abtestor. Ego vicissim DELIM
calidissimis suspiriis venerabor & votis, ut vi-
vat Reverendissima Vestra Paternitas
Regi & Patriæ, Amplissima Nobilissima que
Suæ familiæ, vivat denique omnibus suis bo-
nis Clientulis, quibus dignitate & amore es
Pater, tutelà Patronus, auctoritate Propu-
gnator, Ornamentum in prosperis, Auxi-
lium in adversis, vivat Lumen & Columna
nostrum, vivat quam diutissime, quam feli-
cissime, hoc est & perpetuo erit votum devotum

Reverendissimæ Vestræ Paternitatis

Devotissimi clientis

JONÆ Ekedahl.

Amplissimis

Adm. Reverendis

DN. M. OLAO CAVALLIO,

Templi Cathed. Wex: Pastori meritissimo,
 Archi-Præposito gravissimo, Consistorii Ad-
 sessori Seniori Amplissimo & Celebratissimo,
 Mæcenati & Promotori magno, submissa
 animi reverentia æternum suspiciendo.

DN. M. JOHANNI COLLIANDRO,

Regii Gymn. Wex. S. S. Theol. Lectori Pri-
 mario, Pastori & Præposito dignissimo, vene-
 randi Consist. Adcessori æquissimo.

Cæterisque dicti Consistorii ADSESSORIBUS
 S. S. Theologiae & Philosophiae LECTORI-
 BUS, Patronis & Promotoribus singulis,
 nulla non veneratione ætatem colendis.

DN. M. JOHANNI LINDEWALLE/

Pastori in Korsberga/ Eimnhult & Goolberga
 vigilansissimo, Præposito in Østrahårad longè
 meritissimo. Ut & reliquis dicti territorii
 PASTORIBUS, Promotoribus, Evergetis
 & Fautoribus, pariter omnibus pià mente
 perpetuò venerandis.

Pacem, Felicitatem

Id est. 2. 2. 1. 1. 1.

RIS

& Nobilissimis,
& Spectatissimis,

DN. PAULO RUDBECK,

de Ekeryd Boaryd & Böckholm &c.
in Konga-Östra- & Norwidinge-Häradet
Judici territoriali Nobilissimo & Äqvissimo,
Patrono & Promotori magno, summo re-
verentiae zelo perpetuò suspiciendo.

DN. NICOLAO FLINSTEEN/

Primario Nitrariæ per Smolandiam & We-
strogothiam Inspector Nobilissimo & Spe-
ctatissimo, Promotori & Evergetæ suo
Propensissimo & indubitatissimo, quo-
vis honoris affectu & officii genere nun-
quam non prosequendo.

DN. LAURENTIO KJELLMAN/

In Östra - & Västra - Häradet Trætori
Adecuratissimo & fidelissimo, Everge-
tæ & Fautorí suo, ut à teneris Propensis-
simo & probatissimo; ita etiam impostè-
rum, ut hactenus debitò animi cultu sem-
per honorando, amando.

& Annos multos!

Amplissimi & Nobilissimi Viri,
Adm. Rev. & Spect.. Domini.

Ab eo usque tempore, quo animum Mu-
sis dicavi & literis politioribus, pecu-
liari & nescio quonam incensus earum
ardore atque desiderio, semper mihi in votis fuit,
ut aliquale studiorum meorum specimen non
tantum in lucem ederem; verum etiam eodem
animi mei gratitudinem, pro infinitis Vestris
& innumeris partim in memet ipsum, partim
in Parentem meum dilectiss: congestis benefi-
ciis, publicè & declararem & altâ mente ser-
varem. Vestra sane benevolentia, Vester a-
mor, vestri in ferendis judiciis, de honore
DEI, de Bono publico, de Ecclesia restauratæ
vel collapsæ facie, doctrinales discursus (plu-
ra non addo ne res magis obnubiletur quam
illustretur) me summopere commovere, ut
Breves hæcce paginas cum prosperrimæ fe-
licitatis voto & spe ulterioris benignæ pro-
motionis in gratissimi animi pignus pro di-
ctis beneficiis & meritis multis, Vestris
Am-

Amplissimis & Nobilissimis, Admodum
Reverendis & Spectatissimis nominibus
submissè, reverenter & officiose, inscriberem
consecrarem, offerrem. Accipite proinde Pa-
tronî & Promotores Optimi, sereno vultu
& favente nutu, quæ vobis offero, sive testi-
monia laboris, sive officii demum symbola fu-
erint. Munus esse levidense fateor ipse, animo
tamem devotissimo oblatum, insimum apud
Vos invenire locum humilime spero & pla-
ne confido. Hinc non exigua mibi suborietur
materia, ad benevolentissimam Vestram pro-
pensionem dignis elogiis ulterius decantan-
dam. Quod non sine ardentissimis precibus
atque spiritu calidissimis, pro omnigena Ve-
strorum omnium & singulorum prospéritate
& incolumitate faciet, dum in lugente hac
hominum societate vixerit.

Amplissimorum & Nobiliss. Virorum
Adm. Rev. & Spect. Dominorum

J. Ekedahl.

Christiane DV. E R E D A H E
Philosophiae CANDIDATE meritissime,
Amice dilecte.

 odem jore quo Stylus character perhibetur animi, Disputationis etiam argumentum ingenii dicatur imago & sigillum. Omnes quidem loquimur omnesque scribimus, non majori tamen similitudine quam quam una facies alteram rebert. Sic omnes disputamus, sed in eligenda materiâ tantâ cum varietate, ut & hic, si usquam alias, tua trahat quemque voluptas. Quidam terrenis, alii cœlestibus, hic demissis, ille sublimibus, iste utrisque delectatur. Omne tamen ingenii arguit & demonstrat acumen. Quid vero Tua, *Pereximie Dn. Candidate*, in sinu gerat Mens, qualesque sint ejus vires, optimè duarum vel trium in Regia hac Academia habitarum Disputationum testantur argumenta. Præterquam enim quod subtilem satis in Logicis defendendam suscepisti materiam, singularem merentur laudem proprio

Mar-

Marte elaboratæ, illa de *Cometis*, hæc
jam de *Paradiso* lucique publicæ datæ.
Quæ ambæ ejus sunt dignitatis, ut æqua-
liter Te in Cœlo & Terra cogitationibus
tuis versatum esse monstrent, nec aliud
hic vel ibi elaborandum elegisse, quām
qvod cum subtilitate æqualem habet u-
tilitatēm. Quid enim in Cœlo scitu di-
gnius *Cometa*? Quid in Terra *Paradiso*?
Utrumque tamen, Tu, Domine, adeò
penetrasti, ut qvid de iis dici possit &
debeat, haud dubiè in numerato habeas.
Gratulor itaque Tibi tam felices tamq;
altos, tam brevi præcipuè tempore, in
altissimis Literarum recessibus progres-
sus, & quemadmodum fausto in curri-
culo hoc haec tenus ivisti pede, faustiori
etiam adhuc jam brevi in patriam, Aca-
demicis honoribus ornatus, ito, frue-
reque ibi felix qvod vigiliæ & ludores
tui moresque inculpati merentur. Vale!
Hoc vovet & futurum indubie sperat,
qui inter publicas occupationes rapti-
simè hæc scribit,

Tibi optimè cupiens

LAURENT. BRAUN,
Acad. h.t. RECTOR.

Eximio doctissimoque

Viro. Juveni,

DN. J O N A E

E K E D A S L

Philosophiæ CANDIDATO so-
lertissimo,

DE PARADISO TERRESTRI,

Dum ad *Cœlestem* contendit,
disputanti :

Mature exploras, qvæ sint
regna *in via vivis*,

Post decedenti *pervia* ut esse
qveant.

Off. & Am. causa

A. WANOCHIUS,
S.S. Theol. Prof.



רִאשְׁתַ חֲכָמָה וּרְאַתְ יוֹהָןָן

SECTIO PRIMA

De

TRIBUS *cosmologicis* REQUISITIS.

S. I. PRÆLIMIN.

Supremum Numen, JEHOVA Deus noster, in ineftabili decreti sui Consilio mundum ab æterno conceperat, quem cum ad extra evolvere sibi complacuit, immensa imperfcrutabilis virtutis suæ potentia, in alto æternitatis puncto, solo liberrimo suæ voluntatis imperio ex purè nihilo negativo creavit massam illam Chaoticam nomine *Cæli & terræ*, per quandam πρόληψιν ratione termini ad quem, dicetam; in qua omnia in unum confusa, sine ordine & distinctione ulla, sine ullo formarum discrimine, velut in tenebrofa quædam abyſſo convoluta ja-

A

ce-

cebant. Quo rerum statu, ecce vox
DEI insonuit: *fiat lux*, quæ postea
per totum extensem cœlestis machi-
næ erat diffusa. Quibus præsuppositis,
sapienſiſſimus Conditor ſeſe ad discretio-
nem partium adciñxit, ſicque ordi-
ne quidquid in Chaotica illa mole,
confuſum ſqualebat, voce Domini ex-
citatum, & in innumerabiles mundi
portiones discretum fuit, adeo ut
portiones singulæ, locum in mundana
fabrica, actionibus muniſque quibus
deſtinabantur, proportionatum ade-
ptæ ſint, ex Divina voce personante:
Fiat firmamentum: congregentur aquæ &
adpareat aridum, producat terra germen,
herbam, arborem: Fiant luminaria: prore-
ptent aquæ reptile & volatile volet, producas
terra jumentum, reptile & bestiam terræ. Mox
Divinæ sapientiæ jufſu, ſingulis operi-
bus, ex terreno chao, ſubſtentiæ ſuæ
debita adſignata fuit materia, eique con-
veniens indita forma. DEUS autem
hominem formaturus novo & inſolito
hacte-

haec tenus modo, deliberationem quasi de hoc opificio suscipit, faciamus inquit hominem; frustra enim videbatur corporeus mundus conditus, si non esset rationalis creatura corporea, quæ operum Divinorum miracula & majestatem contemplaretur, tantæque machinæ Opificem contemplando inquireret, inquisitum amaret, atque tandem eodem perpetuo frueretur. Homini igitur, ad imaginem suam formato, habitaculum paravit *deliciosissimum*, quod fundaverat in horto amœnitatum, in loco gaudii, in arvo puræ sinceræque voluptatis, quod Græci vocant *magidion*. Hic auspicatissimum aurei seculi erat initium, Patria prima Adami & Evæ, terrestre Cœlum, microcosmus macrocosmi, amphitheatrum Divinæ bonitatis & gratiæ, spectaculum munerum Cœlicorum, & omnium felicitatum Compendium. In hoc primi parentes collocati deliciabantur, Eva ad Latus Adami prodeambulabat, amore & oculis honorem ei

deferens: Congesta fuere in Adamum
selectissima DEI dona, mentis divitiae,
quæ omnes Gazas superant, adeo ut
cum Luciano dici queat:

πλετρὶ τῆς ψυχῆς πλεύσεις μόνον εἰσίναι εἰσαγεῖσαι
Divitiae animi solas ego Judico veras.

Videlicet rectitudo, innocentia, Justitia
Sanctitas, excellens cum DEO πρωτόπω
conformitas, in qua conditio *anima*
ejus fuit sapiens & sancta, *corporis* pul-
cra & immortalis; *Status vita* felix &
omnis doloris expers, *domicilium* amœ-
nissimum, *vestis* pretiosissima, quâ tan-
quam Deus terrestris in *Paradiso* am-
bulabat, purpura amictus innocentiae,
stola indutiis gloriæ. Hoc se orna-
mento augustissimo videbat in eminen-
tissima eminentia felicem & exaltatum.
Eva mater, pretiosissima eadem stola
& DEO & Angelis & Adamo placebat.
Magna erant profecto omnia & præ-
clara intuitu, omnia splendida & ma-
gnifica, omnia augusta & mirifica; in
tribus tamen potissimum *Paradise* con-
sistebat præstantia & excellentia, vide-
licet

licet in summa cœli & aëris salubritate & claritate, in aquarum magna copia hortum irrigantium mirâ perspicuitate, & ad bibendum savavitate, & denique in opima *agri Paradisi* undiquaque fertilitate. Nihil itaque deerat eorum, quæcunque omnes sensus hominis savissima possent jucunditatem ac voluptatem complere. Savissimis saporibus DEUS Creator magnificientissimus beavit *gustum: odoratum* herbis & floribus odoratissimis: *visum* varietate colorum & figurarum venustate: *Auditum* lenissimo spirantium aurarum sonitu, & dulcissimo avium concentu. *Alimentorum* denique ex tot florissimarum herbarum & arborum frugibus summa, quanta unquam optari poterat, copia, salubritas, & sine magno labore & hominis molestia parandi facilitas. Jam in hujus amoenissimi Protoplastorum domicilio, *Paradiso* scilicet investigatione, quam misere se se torquent Autores, five species nomenclaturam vocis, five tempus & lo-

cum, quando & ubi conditus, sive capacitatis ambitum, aut denique durationem, & quæ huc spectant alia multa, quæ nos nunc ibimus, utinam felici penicillo, delineatum. Sieque inter tot sententiarum, circa hoc negotium, divortia, secuti vestigia Eruditorum, nostram aperiemus mentem.

¶. II. Antequam igitur præsens argumentum penitiori mentis scrutinio subjiciamus, operæ pretium nos facturos speramus, si ab inquisitione vocis aūspicemur, quandoquidem sic ad genuinam indolis declarationem nobis planiorem aperiemus viam, juxta id quod alicubi monuit non verè minus quam caute sapiens Epictetus: ἀρχὴ παιδεύσως ή τῶν ὄνομάτων ἐπίσκεψις. De voce *Paradisi* tot dantur conjecturæ, ut ægrè liceat numerum inire, ne dum delectum. Recensebimus, ut satietati medeamur Lectoris, paucas, & relinquemus cuivis optionem eligendi, ita tamen ut simul innuamus, cui præcæteris

teris adhærescendum putemus. Videtur enim hæc quibusdam *Latina*, multis *Græca*, nonnullis *Hebræa*, aliis *Persica*, Paucis *Armenica*, quibusdam *Arabica*. Absurda est Pontificiorum quorundam *Eiymologia*, qui volunt *Paradisum* sic nuncupatum: quasi *parans DEl visum*, qvæ non minus jejuna atque illa, qua *Diabolus* dicitur quasi vorans hominem duobus bolis, vel *Locus* quasi *Longos* pedes habens sicut *basta*.

§. III. Perplurimi, in quibus *Chytreus* & *Suidas*, *Græcos* natales huic voci non dubitant adserere, licet diversimodè, vel enim derivant illam à ὕδατi fuxta & δεω cingo, munio, ita ut locum diligenter conceptum & probè munitum denotet. Vel à ὕδατi & nomine δειou humor seu verbo δευει irrigare, madefacere, ut notetur *Locus* quidam seu *bortus irriguus* & frugifer, unde à Nonno vocatur εὐδενδρό παρεγίδειος. Vel à ὕδατi δειou mucīdū à multiplici collectione herbarum. Cœterum quod Fr. Junius & Tremellius malunt vocem hanc Græcè scribere per η quam per α,

ejus scriptio[n]is fatemur nullum nos
percepisse fundamentum, cum ratio illa,
communis scribendi per e[st], nitatur tam
Sacerorum quam Profanoru[m] autoritate.
Appellationes vero vocis ex Hellenismo
petitas, ad fertilitatem & jucunditatem
istius horti, a DEO in Eden collocati,
collimare, cuivis facile persuadetur.
Interim tamen Graci, qui usu hanc vo-
cem fecerunt suam, genio suo po-
tius indulgent, quam rei veritatem ad-
tingunt.

§. IV. Alii malunt hanc vo-
cem esse nationis Hebreæ, quia פָּרֹס
ad cuius analogiam ab Hellenistis ad-
commodatum est παρείσιος, Hebreis
locum voluptatis, hortum frugiferis arbori-
bus, præsertim myrtinis ferentibus fructus
principi saporis, consuum, denotat. In Sacro
Codice tantum haec vox occurrit, ut
Neh. 2. v. 8. & Epistolam (dent) ad As-
saph custodem חֶפְּרֹס Paradisi, id est, Sal-
bus Regii. In Regim. Cant. 4. v. 13. E-
missiones tue sunt פָּרֹס Paradisus malo-
rum punicorum. Et plurale Eccle. 2. v. 5.
feci

feci mibi hortos וּפְרִזְבִּיתָם Paradisos
 et plantavi in eis &c. & hi itidem recur-
 runt ad diversas rationes & componunt
 illam: vel à פֶּרֶד Separavit, disiunxit, ut
 Paradisus propriè notet pomarium, ab oli-
 toriis, Coronariis aliisque hortis, dispa-
 ratum, amoenioris & plenioris volu-
 ptatis ergo. Verum hoc Etymon non
 videtur satis apte naturam Paradisi in-
 digitare, requiritur proinde, ceu qui
 dam volunt, Etymon generalius; vel à
 פרה fructificavit & רְשָׁא herba: sed hu-
 jus lingvæ peritis notum est talem πράσινον τεκέων σύνθετον in Hebraismo esse rari-
 oreim & vocem hanc per ס non per ש
 effterri itidem adparet; vel à חֲרֵס,
 quod sane si adprobamus, multū faciet ad
 præstantiam & Excellentiam horti illius
 amœnissimi in Eden. פרה enim, ut modo
 diximus, fructus tulit, fertilis fuit & ferax,
 idem quod פַּרְאָה cognitionē habet cum
 decoravit, fructus enim decent arborem &
 decus arborum sunt fructus; חַדְס autem
 myrtus, ut Paradisus vi vocis sit, quasi di-
 cas: hortus myrioּן, vel in quo myrti fructi-

ficant, myrti sane sapore suo dulci & odore svavi recreant & magnoperè delectant, adeo ut prærogativam quandam præ aliis arboribus illis merito concedamus. *Myrtus*, inquit Hieronimus, est arbustum ob elegantiam veneri dicatum, olet bene totum, ligno, fronde, fructu; liquor ex hoc fructu servatur in annum, non minus salubris usu, quam odore jucundus. Quod denique quibusdam vox *Paradisi* videatur composita à פָרָת pbrat respectu situationis, Pbrat enim unus fuit alveorum fluvii principalis, qui à Mose dicitur processisse ex *Edene* ad irrigandum hortum, in eo refutando non esse operam ponendam, quilibet facile nobiscum confirmabit.

§. V. In Persicæ lingva remansit similiter hæc vox, sicut ex *Polluce* habemus, qui *Persicam* esse vocem ponit. lib. 9. c. 3. οἱ δὲ ὡραῖοι, Ραφθαλῆοι εἰναι δοκεῖ τὴν ομα, ἥκει καὶ καλέουντες εἰς χρῆσιν ἐλληνικὴν ὡς καὶ ἄλλα πλλὰ τῶν περιπλάνων. Inde Regum, Principum, & Magistrorum.

gnatum horti, præ aliis hoc nomen
 sunt sortiti. Videantur de hisce Philostrat-
 sus in vita Apollonii. Cicero de Senect. T. 4.
 Gellius 2. Noct: Attic. 20. Et ex Xenophonte
 colligimus insuper Persas hanc vocem
 usurpasse, qui in Oecon. pag. 829. ita ha-
 bet: ἐν ὁπόσις τε χάρεσι ἔροικεῖ (οὐ μέγας
 βασιλεὺς) οὐδὲ εἰς ὁπόσις ἐπιτρέφεται, επιτρε-
 πεται τέλων ὅπως κῆποι Τε ἐποίησε οἱ παραδεῖσοι
 καλέμενοι, πάντων καλῶν Τε καὶ ἀγαθῶν μεσοί,
 ὅποσα ή γῆ φύει οὔτελε. Hic etiam Lib. 1.
 Cyropæd. refert amoenissima Loca, in
 quibus feræ ad venationes Regias ser-
 vatæ, vocata à Persis *Paradisus*. Non
 diffitemur itaque cum eruditis Philo-
 logis, quos nobis tuit facultas consulen-
 di, Persas hac voce quandoque fuisse
 usos & tanquam suam venditasse, in-
 terim tamen firmum fixum manere
 debet Persas hanc vocem, non ab He-
 brais (uti Scapula & Gualterius volunt)
 Sed ab Arabibus accepisse. Perse enim,
 uti testantur Philologi, hortum in ge-
 nere vocant hodie בַּגְבָּג, unde est
 נַעֲכַנְתָּן bagban hortulanus, in specie
 vero

verò גְּדִילָהָן Rosarium בּוֹשָׁתָהָן pomarium
 מַוְשָׁתָהָן fructarium &c. & cœlum Beato-
 rum sive paradisum cœlestem adpellant
 בְּחַשְׁת behescht. Conferatur de his loquens Pfeiff-
 jerus in *Quinguag.* Loc. Hebr. & Exot. N.T.

§. VI. Nec desunt, qui circa Ety-
 mon hujus vocis investigandum, con-
 fugiunt ad lingvam Armenicam, inter-
 quos nomen suum profitetur Cl. Ca-
 stellus pag. 3058. qui Armeniam potius el-
 se vocem, quam vel *Hebraeam* vel *Persi-
 cam* conjicit. Verum hæc opinio non
 potest delicatioribus Philologorum ar-
 ridere ingeniis, quippe qui nihil depre-
 hendunt ad hanc vocem ex hodier-
 na lingva *Armenica* quadrare, nisi quis
 vellet hoc referre, verbum, *Paradis* glo-
 riæ tribuere, à pharcb gloria, Vide eun-
 dem Pfeiff.

§. VII. Mollius & Lenius influit il-
 lorum opinio, cui proinde & nos pol-
 licem premissus, qui censem hanc vo-
 cem esse origine *Arabicam*, indeque ad
 Persas, Gracos, Latinos, Svecos & ad ali-
 es Europæos transuisse. Arabicæ enim,
 ceu

ceu observant scriptores פֶרְדֵּעָס Pherdeuson est hortus, & tralatitie πάρα beatorum, & plur. פְרָאַתְּ Pharadiso nomen hortis consiti loci, & Paryadis nomen montis à quō quatvor fluvii, quorum mentio facta est Gen. 2. v. 11. primum suum trahunt ortum. Radix est Arabica פְרָדָס Fardasa, bumi strabit, impegit, adeoque notat quemvis hortum plantatum, probe munitum & quasi palis impactis conclulum, id quod admittunt, non tantum horti, apud Neh. 2. v. 8. Cant. 4: v. 13 Eccl. 2. v. 5. Sed & multo magis amoenissimus ille hortus in Eden Gen. 2. v. 8. qui insignioribus herbis & arboribus fuit consitus, & magis munitus quam ullus aliis in orbe locatus hortus.

§. VIII. Hic ab ipso suo Condитore in Lingua hebrea adpellatur גַן־בְּעֵדָן quæ proinde vocabula hic non erunt prætereunda, præsertim cum illorum explanatio ad meliorem Paradisi cognitionem vim habebit non exiguum ju
bor-

hortus, cum defectu mediæ radicæ
 lis, ἀγαπητό, quod est protegere, abscondere,
 cingere, munire, unde ἄρδε denotat hortum
 tam sepibus vel muro probè munitum, ut
 etiam v. 24. c. 3. Gen. in ejus custodiam
 מִקְרָם לְגַן עַדְן אֶת חַכְרֵבִים
 plaga horti Eden, Cherubim dicitur Deus
 poluisse; quam eum, in quo sunt arbores
 dense & umbrae, quam significatio-
 nem videtur confirmare, quod cap. 3. v. 8.
 Adam cum Eva dicitur se obcondisse
 à facie DEI בְּתוֹךְ הַגְּנָן Inter arbores hor-
 ti. Verum ἄλις notat quemvis hortum,
 cui igitur differentiæ & distinctionis
 ergo adiicitur בְּצֻוֹן ad denotandum
 tum locum, tum qualitatem loci ab a-
 liis distinctam & præminentem, quæ
 vox deducitur à יְלָעִי in forma Hithpael,
 delicate vixit, volupt. abund. delecta-
 tivus est, & varias admittit significa-
 nes, partim enim denotat voluptatem,
 unde quidam Græcum ἡδονὴ dedu-
 cunt, conveniens fermè cum hebræo
 עֲרָבָנוּת vel voluptas, ita accipitur

z. Sam. i. v. 24. ubi plurale legitur,
qui vos vestiebat Coccino עַרְנִים cum de-
liciis. Ineptè autem à quibusdam expo-
nitur Inflammatio carbonum: nec melius
ab illis, qui per *ignescentes & Sangvinolen-*
sas delicias, quasi *Edem* per *m,* scri-
ptum effet, quod Rubrum designat: ex
quo μαρογίωνι profluxit etiam Diodori
error apud Theodoreum, quum Edom vel
Idumeam putaverit. Partim etiam desi-
gnat locum & quidem ab amoenitate seu
voluptate & delicis denominatum, He-
bræi enim significantissimi sunt in impo-
sitione nominum, operamque dant, ut
cum rebus ipsis quam proxime conve-
niant, est igitur, quasi dicas, plantave-
rat Dominus Paradisum εν τη Φερώ ιο-
πω καικαλω, in loco delicato εσ' ameno, juxta
Dracontium:

Hortus in orbe DEI cunctis felicior bortis.

Ut ita *Paradisus* vere sit ψΕΠ ΣΡΑ terra desiderii, terra voluptatis Malach 3.
V. 12.

§. IX. Relinquitur itaque quod vox
 הַיְלָה hic notet simul terram & amoenitatem,
 illud paret tam ob præfixum בְּ (licet
 quidam utrumque significatum ex præ-
 positione vel adjuncta vel omessa haud
 difficulter posse erui contendant) legi-
 tur enim בְּנֵי כֶּרֶב qualis foret sensus, si in-
 terpreteris, *Locus in voluptate situs?* quam
 ob descriptiones, voculæ huic postea in
 textu adjectas, quæ verò loco compe-
 tunt, dicitur enim *Paradisus* situs in Re-
 gione *Eden* ad plagam orientalem, ir-
 riguus magno quodam fluvio, qui po-
 stea se in quatvor magna & celeber-
 rima flumina dispertiebatur, & fluvius
 ille ad irrigandum hortum ex *Edene*
 egressus, quæ omnia loci descriptionem
 satis superque evincunt. Hinc non so-
 lum 70. Et Chaldæus ita interpretari,
 sed & alii perplurimi, *ceu Caiet. Steu-*
chus, Oleast. Pagnin. Pererius, & ex Recen-
 tioribus plerique omnes, uti conjecta-
 mus ex illis quos vidimus, ita reddend-
 dum esse agnoscunt. Hoc manifestum
 est, non solum ex descriptione Edenica,
 &

& adpellationē tractus istius עַד, quem
diximus à voluptate nomen sortitum; sed
etiam ex aliis locis, quæ ab amoenitate
illum describunt, utpote Eſ. 51. v. 3.
וְשָׁם מִרְבֹּה כְּעֵדָן
Et posuit desertum ejus
tanquam Eden. Ezech. 28. v. 13.
כְּעֵדָן בְּגַן־אֱלֹהֶם הַיּוֹתָךְ In Eden horti DEI fuisti.
Cap. 31. v. 16. כָּל־עֲצֵי־עָרָן מִבְחָר omnia
ligna Eden. (electio) electa, egregia. Joel. 2.
v. 3. כְּנַזְּעָרָן הָאָרֶץ לְפָנָיו tanquam hortus
Eden terra (ad facies ejus) ante eum. Ut
itaque amoenissima fuit hæc terra ita
etiam felicissima, sub optima enim cœ-
li plaga fuit sita, cui excolendæ, atque
adeo ditandæ; impensius quam cæteris
regionibus, supremus ille rerum Fabri-
cator indulxit, quæ nec austrinis obno-
xia æstibus, nec arctois subiecta fri-
ribus, sed optima tovebatur axis utri-
usque temperie: προτερον profecto &
vestibulum, seu πρωτηνην της αιωνος, imo i-
psius cœli, non tamen in aëris cœlo-
rumque spatiis situm; nec παιώνις της γῆς
ὑψηλότερον, sicut Patres nonnulli ex ni-
mio αληγογείας amore censuerunt, uti

in sequentibus patebit. Hic obiter notandum, quod vetus versio, loco γε γνunc Γ substituat, ut in *Gomer*, *Gomorra*, nunc Η, ut in *Heber*, *Hebræi*: nunc plane omittat ut in *Eden*; quod & nos totiens observamus, quotiens mentionem hujus vocis injicimus, adeoque nec Γ ut *Eden*, nec Η ut *Heden*, loco τοις γ, ob incertam ejus pronunciationem hic substituimus.

§. X. Quod ad ipsam πόλιν τηνίαν seu diversam vocis usurpationem adtrinet, sciendum illam trifariam eximiè suum apud *Philos.* nec non *Theol.* obire munus 1. καταχρέσικῶς, ut apud *Plinium lib. 5. cap. 23*, ubi refert *Paradisum* esse nomen oppidi cuiusdam, quod in *Syria Cœle* ad libani orientale latus situm est. Apud eundem itidem *cap. 27*. notare licet, fluvium quendam *Ciliciæ*, nomine *Paradisi* denotari. 2. Μεγάφορεκ-κῶς, denotat enim in Novo Test. *Cælum ipsum*, in quo se DEUS beatis manifestat, πολὺ *cœlestē*, *Beatorum habitaculum* & *vitam eternam*, cuius *bortus* ille in *Eden*, omnis

omnis lætitiae & voluptatis promptuarium, propter amoenitatem suam incomparabilem & delicias ineffabiles speculum fuit & typus. Adeoque ratio hujus adpellationis metaphoricæ, à summa horti illius amœnitare, incredibili voluptatum deliciarumq; omnigenarum circumfluentia, arborum copia & fluviorum fœcunditate &c. deducta est. Hoc sensu nuncupatur *Paradisus* *Luca* 23. v. 43. ubi Christus promittit Cruciario à dextris pendenti hunc *Paradisum*, dicendo: Αὐτὸν λέγω σοι ὅμηρον μὲν ἐμός ἔστη ἐν τῷ Παραδεῖσῳ. Sic *Paulus* dicit se 2. *cor.* 12 v. 4. ἡρπάγη ἐis τὸν Παραδεῖσον, & hunc locū v. 2. vocat τελέν τροφενόν Nec non *Apoc.* 2. v. 7. vincenti promittitur *Iesus* de ligno vitæ, ὁ ἐστιν ἐν μέσῳ τῷ Παραδεῖσῳ θεῶν. Qvo sensu adhibetur etiam à *Talmudicis Scriptoribus*, teste *Calvio*, qui Beatorum sedem modo *Paradisum*, modo *hortum Eden* adpellant: unde εὐφημισθοί illi de mortuis: sit anima ejus in horto *Eden*! Et preces solemnes tempore mortis: partem habeat in *paradiso*, & in

futuro seculo portas paradisi aperite ei, &
 dicite pacem: Venite, qui custoditis tesauros
 paradisi. 3. κυριως καὶ ιδιως, & sic accipi-
 tur αἰδηκῶς, notans hortum locumque
 quemvis amoenissimum & ad oblectandum ho-
 minem jucundissimum, unde Gen. 13. v. 10.
 dicitur quod Loth oculos suos le-
 vaverit, & viderit omnem planitatem
 Jordanis, quod tota esset irrigua ante-
 quam subverteret Dominus Sodomam
 & Gomorrham כֶּן—יְהוָה sicut hortus Je-
 hovae, 70. ὡς τὸ πέριπτον τῆς Θεᾶς, & inde La-
 tinus, sicut *paradisus Domini*. Et jam ho-
 die cum volumus, formam alicujus lo-
 ci amoenissimi & delicatissimi, multis
 variisque coloribus, & aliis ornamentiis
 oblectamentisque, visu & adspectu ama-
 bilissimi, repræsentare & cuiquam nar-
 rare, tunc dicimus: fuit *instar paradisi*,
 idque tum respectu ad *paradisum*
ἄνθην in Edene locatum, tum ad para-
disum vonīēnā à spiritu Sancto promissum.
 B. Εἰδηκῶς, denotans &. *Sylvam seu Nemus,*
Neh. 2. v. 8. ubi Affaph שָׁמֵר הַפְּרוֹדָס cu-
 stos *paradisi* dicitur. Adeoque hoc loco

non

non hortum arboribus frugiferis con-
stitutum designat, uti Reuclinus, Merferus &
alii volunt. Calovius dicit hic non tantum
Sylbam & *nemus* notari; sed totam Re-
gionem à libano ad antilibanum, arbori-
bus præstantissimis amoenissimam. בָּ
Hortum arboribus frugiferis constitutum Eccle.
2. v. 5. feci mihi hortos כָּל פְּרוֹדִים
& *Paradisos*, in quibus arbor omnis fructus.
ג. *Hortum malorum punicorum Cant. 4. v.*
13 *Emissiones tuae sunt פְּרוֹדָת רַמּוֹן* *Paradisus malorum punicorum* ד. denique hor-
tum in *Eden*, in quem positus est Adam
& Eva. Quæ significatio nostro jam
tangitur calamo, adeoque cæteras vo-
cis acceptiones, tanquam à nostro in-
stituto alienas, facimus missas.

§. XI. Succedit ipsa *Induæria*, ἐ^τ
τῷ ἡγεμῷ τῷ ἐν τῇ διαβολᾷ, hic obiter no-
tanda, ut plus eorum explicatiōni, quæ
majoris sunt pretii, adsignemus mo-
ræ. *Hebrei* duo tantum agnoscunt vo-
cabula, quæ hortum significant, בָּ &
פְּרוֹדִס, de horum vero discrimine non
una omnium mens est. Quidam enim

volunt illa interdum idem esse & interdum discrepare. Quidam putant in eo discrimen consistere, quasi גַּן multarum variarumque arborum speciebus; פֶּרֶס verò unica duntaxat sic consitus. Quidam etiam volunt hæc voces promiscue usurpari; פֶּרֶס tamen communiter per גַּן exponunt. Sed quale quisque constituat discrimen, non est nostri instituti adferre. Potissimo hortus ille in Eden insignitur nomine, dum in historia ἀφέλειος dicitur גַּן־עֵדָן & גַּן־בְּרֵת qvorum prius ἀφέλειον τι ἐδὲ, posterius παραγίδειον Ιρυφῆς transfert Interpres græcus, qui vocem παραγίδειον, κατ' ἔξοχην hic substituit, ad innuendum hortum hunc in amoenissimo loco à DEO plantatum &c. Dicitur alias hic hortus Gen. 13. v. 10. גַּן־יְהוָה hortus Domini. Ezech. 28. v. 13. גַּן־אֱלֹהִים hortus Jebovæ. nullibi in sacro Codice denotat hunc hortum, & alias etiam rarissimè, quantum nobis innotuit, eo sensu venit Hebreis. Admit-

mittit quidem hæc vox paradisi leu *horti Edenici* varias adpellationes, sed non nisi *Elogia periphrastica*, & *Titulos honorarios*, quæ quidem possent adduci, nisi brevitatis legem nobis fixissimus.

SECTIO SECUNDA.

De

τεγματογίας EVOLUTIONE

§. I.

Hilce ita de *paradisi* nomenclatione ad-
positis, cui proximum adsignare vo-
luimus locum, uberior rei declaratio succurrit.
In qua ἀνέγερσε περιστιγanda, progre-
diemur κατὰ Γέοντος πρὸς ἄρσον, demonstratu-
ri quid in hac materia explananda *hume-
rus ferre valeat quidve recusat*. Prius illud in
descriptione Paradisiaca ejusque pleni-
ori εξηγήσαι evolvere; Posterius vero
subinde immiscere, & tanquam alienum
reprobare fortè non pigebit. Talis
potest necti tela descriptionis:

B 4

para-

Paradisus est hortus, à DEO tertio die creationis, in Eden versus ortum plantatus, fertilissimis arboribus, fructibusque ipsarum suadissimis exornatus, & fluminibus fœcundissimis undiquaque irrigatus, in quo Protoplasti sunt collocati, ut illum colerent & custodirent, in DEI gloriam & suam utilitatem. Ne autem tedium delicioribus ingenii creemus & prolixi nimirū videamur, logicā illā αναλυσὶ supersedemus, & nos statim ad ipsa Causarum genera, Adjuncta, & quæ ex hac descriptione profluunt alia, conferimus, de quibus seorsim & sigillatim agere decrevimus.

§. II. Causam efficientem Paradisi diximus esse universæ naturæ Opificem DEUM Ter Opt. Max. in secula laudandum, dum in descriptione, innuebamus hortum Edenicum ab ipso esse plantatum; dicit namque Sacer Scriptor: וַיְצַר יְהוָה אֱלֹהִים נֹתֵן בָּעֵן מְקוֹדֶם וַיְשִׁם שְׁמָם אֶת־הַآדָּם אֲשֶׁר וַיְצַר Et plantaverat Dominus DEUS horum in Eden ab oriente: posuitque ibi hominem quem formaverat. Et licet jam post pec-

peccatum, sedes illa primæva non inco-
latur, non tamen negandum à DEO
eam esse fundatam; vel cum *Fr. Georgio*,
frustra conditam; sicut enim, teste
Augustino, dicendum non est, immorta-
litatem frustra homini datam esse, quam
ipse conservaturus non erat; ita nec *Para-*
dīsum oportet existimare frustra à Deo
conditum, quia humana habitatio ibi
post peccatum desit: nam etsi homini
locus ad habitationem non serviat, ei
tamen prodest ad eruditionem, ut agno-
scat se inde, culpa primi Parentis, extru-
sum: & per ea, quæ σωματικῶς in eo esse
scribuntur, ad spiritualia, & invisibilia
cœlestis *paradisi* mysteria animum ad-
tollat. Habuit itaque *paradisus* etiam
post lapsum duplicem uitum, 1. παιδιώ-
νον, quia *paradisus* memoriale nobis
est, quanta per peccatum amissa sint bo-
na, & quam gravem contraxerimus re-
atum. Ac proinde eum qui caput con-
trivit serpentis, quæramus Medicum.
2. ἀναγνώσκων, ut ex terreno *paradiso*, deli-
cias cœlestis *paradisi* conjiciamus, & ad
diem

diem restitutionis omnium devotè suspi-
remus Act. 3. v. 21. Clara & perspicua
res est licet non subjungatur Philosopho-
rum illud πολυθρύλητον æque verum ac
tritum: ο Θεὸς καὶ ἡ Φύσις ὁ δὲ, μάλιστ
ποιῶσιν.

§. III. Quo vero die Deus *paradisum*
condiderat, paucis expediemus cum o-
perosa non egeat expositione. Dieter-
tio ~~περιουσίας~~ reliquam terram plantis
herbis & arboribus ornavit divinus ille
naturæ Opifex. Et ex eo plerique col-
ligunt hunc etiam *hortum paradisiacum*,
eodem die, singulari industria & provida
sua cura, DEUM plantasse, idque non
sine ratione. Cum intra ἔξαρτηρον omnia
condita sint, nullum est dubium, *paradi-*
sum etiam intra illud sextiduum planta-
tum, & quidem die tertio, cum plantæ
productæ sunt. Quod autem *paradisus*
â DEO ante cœlum & terram putatur
conditus, illud fuit traditio *Judeorum*,
tradentium septem res creatas esse pri-
us, quam mundus fuerit creatus, scilicet:

גֶּזֶעַת תֹּרְוָה צָרוּקִים וּמְשׁוֹהָ וּשְׂרָאֵל וּכֹסָא
 הַרְטוֹן הַכְּגֹוד וַיְרוּשָׁלָם Hortus Eden sive Pa-
 radisus, Lex, Iusti, Messias, Israel, Solium
 gloriae, & Jerusalem. De quo videatur
 Munsterus ad cap. 1. Gen. Idque ex fal-
 sa interpretatione vocis מִקְרָם ortum, &
 potius Phantasiæ imaginatio, quam di-
 vini Historici sententia. In locum vocis
 מִקְרָם substituit 70 viralis societas καὶ ἀ-
 γαλλας, Latini ab oriente, & eodem mo-
 do Interpretes communiter. At Aquila
 reddit ἀπ' ἄρχης; Symmachus ἐν πρώτης;
 Theod. ἐν τριτης; quibus Hieronimus ac-
 cedit, qui dicit illam verti posse ab Ex-
 ordio, ut & vulgata translatio habet.
 Unde manifestissimè comprobari ajunt
 DEUM paradisum antea condidisse,
 quam ipse fecerat Cœlum & terram.
 Verum hæc sententia una cum versio-
 ne facile evertitur. Iudei enim qvod
 de septem rebus, ante cœlum & terrā con-
 ditis, more suo comminiscuntur, non est
 nisi somnium hominis empæctæ & Iude-
 orum delirium. Et vocem מִקְרָם potius
 ad

ad descriptionem loci, quam temporis pertinere nemo non videt. Non legitur in *Ebræo* בראשיות à principio, quod *Gen. 1. v. 1.* habetur; sed קורב Versus oratum. Quamvis enim קורב aliquando נְגָה לְבָדָק notare concedatur, ut *Prov. 8. v. 22.* Initium viarum suarum נְגָה לְבָדָק possedit me Dominus ceuloquitur *Chemnissius*: Super Genesim: tamen hoc loco orientem denotat. Et alibi passim particula illa ita accipitur, uti *Gen. 3. v. 24.* ubi Cherubim collocatus dicitur מִקְרָב לְגַזְעַן à parte orientali horti Eden, conf. cap. 28. v. 14. & cap. 29. v. 1. Positio non concessio, qvod ut nota temporis accipiatur מִקְרָב *Gen. 2. v. 8.* non dum tamen ex eâ demonstrari possunt, quæ superstruere conantur portenta, Deus quippe *Mattb. 19. v. 5.* dicitur hominem fecisse ἀπ' αἰχνῆς, qui tamen ante cœlum & terram non fuerit conditus. Diabolus *Joh. 8. v. 44.* dicitur ἀρθρωτικός ἀπ' αἰχνῆς, non tamen ante creationem cœli & terræ talis extiterit.

§. IV. Nec defunt, qui sibi imaginan-

nantur saepius dictum hortum in Eden a
 DEO post sex illa νυχτίμερα efforma-
 tum, cum jam creatus fuerit *Adamus*,
 eoque nituntur fundamine, quod Mo-
 ses, aboluta descriptione καὶ πολιτείας, ejus
 faciat mentionem. Sed hoc valde lu-
 bricum, adeoque facilis labore destru-
 itur, cum Moses intra ἑξαήμερον omnes
 cœli terraque Exercitus perfectos esse
 palam profiteatur cap. 2. v. 1. זוכלו
 שמות הארץ וכל אבאותם. Sunt proinde
 verba ver. 8. נָתַן בְּעֵד redenda: & plantaverat (in plusquam.)
Dominus DEUS hortum in Eden. Errandi
 occasionem Patribus quibusdam de-
 dit, quod non adtenderint ordinem tra-
 ctationis, *Mosen* videlicet absoluto cre-
 ationis opere cap. 1. deinde cap. 2. ad-
 gredi planiorem partium quarundam
 enarrationem; & οὐδὲ λιπόμενα describe-
 re, quorum alia ad sextum; alia ad ter-
 tium diem referenda. Prius enim *DEUS*
 universi Theatrum rebus omnibus ad-
 ulum & ornatum instruxit, & in eo
Paradisum seu *Regiam* construxit, po-
 stea

stea vero hominem in palatium illud
augustissimum, summa innocentia
præditum, ab omni fœditate pec-
cati immunem, justitia & omni vir-
tutum genere ornatum, introduxit, il-
lumque totius Orbis fecit Dominum,
cujus quasi compendium erat *paradisus*.
Sexto die hoc domicilium homini esse
concreditum cuivis pio facile persuade-
bitur. Verum quamdiu illud retinuerit,
tutius ignoratur quam curiosè disputa-
tur, & licet variæ de tempore illo
circumferantur, verius conjecturæ quā
sententiæ, quibus tamen *Auctores* dum
indulgent, neque sibi ipsis, neq; aliis satis-
faciunt. Ideoque tandem hoc deve-
niunt ut fateantur *præcisè* & *definitè* id
non posse constitui. Maneamus igit-
tur hic, ut modo diximus, potius in
pia ignorantia, quam vana jactantia,
& cum Cedreno concludamus: *non inqui-
renda sunt ulterius, qvæ Spiritus Sanctus
in divinitus inspiratis libris reticuit, ne loco
exigui lucri, magnum nobis accerfamus
damnum.* Cenlemus tamen hoc Pro-

toplastorum domicilium minimè fuisse diuturnum; nec tamen ab illo extrusos ante Sabbathum, cum & DEUS dicitur quievisse die septima & illam sanctificasse, homine adhuc in *Paradiso* existente, de quo *Gen. 2. v. 1. 2. Et tertio.*

§. V. Hilce simplicissimo stili genere prænotatis, devolvitur connectiōnis ordo ad interiora rei substratæ viscera, & quidem primum ad ipsam materiam *paradisiacam*, quam nonnullis rationum ponderibus ibimus adsertum. In cuius itaque ἔξηγήσει obiter notandum, quod purum illa putumque nihil fuerit, scilicet ἀμετωψ qvà rudem illam, indigestamque rerum congeriem, sive Elementorum illam ὡραίā à prima creationis suæ instanti, rerum omnium in universo producendarum panspermatica quadam virtute prægnantem, quæ in Elementorum divisione, ineffabili Divinæ vocis potentia & energia percussa, in eam emersit rerum diversitatem, quam in mundo satis admirari non possunt *Mortales*. Jam vero

ēpme-

ἐπιμέσῳ mediante hac confusa mole, ma-
 terialia cuncta *paradisum* constituentia
 simul cum terra (*paradisum* enim ad
 terram pertinuisse, quis sobriè ac re-
 verenter legens scripturas, negare au-
 sit) tertio creationis έξαντες forma-
 ta adserimus. Si mavis rem breviori
 modo expeditam , dicimus *materiam*
Paradisi aliam fuisse *remotam*, aliam pro-
 pinquam. *Remota* fuit magnum illud
 & confusum Chaos; propinqua vero
 telluris illa portio, qvam circa rerum
 primordia DEUS *borto* destinavit *Eden-*
nico, benignam admodum & mitem,
 indulgentem, variarumque rerum se-
 minibus refertam : seu potius qua-
 tvor illi fluvii fœcundissimi, quibus
 irrigatus; herbæ & flores Fragrantissi-
 mi, arboresque variorum generum præ-
 stantissimæ quibus consitus erat. Quod
 autem terra tertio die κοσμοζονίας fit
 formata, illud οφθαλμωφανερίας evincit
 cap. 1. Gen. v. 9. Ubi DEUS in divisione
 aquarum dixit: קוו המי מתחת חשמים
 אל— מקום אחר ותראה הזבשה יהי־כָּךְ

congregentur aquæ, quæ sub Cœlo sunt, in
 locum unum ut adpareat arida. Et fuit ita.
 Unde luculenter concluditur, materi-
 am illam aquis involutam post dete-
 ctionem tandem veluti quoddam sedi-
 mentum aquæ, terrestri substantiæ de-
 stinatum, in mirificam illam Geocosmi
 architecturam & fabricam coaluisse.
 Quando itaque sacra verba dicunt: *in*
principio cœlum & terram creatam fuisse.
 Non ibi terram sumendam putas, eo
 modo quasi jam separata ab omnibus
 aliis Elementis creata extitisset; sed
 terra, in magna illa hyle aquarum in-
 voluta abyssو, inanis continebatur &
 vacua. *Cœlum & terram*, inquit B. Luthe-
 rus, *vocat Moses non qualia nunc sunt*,
sed rudia adhuc, & corpora informia. Hisce
 æquis rerum Arbitris constare arbitra-
 mur, qualem *paradiso* adsignamus mate-
 riam, quodque *Paradisus* æque sit corpo-
 reus, ac in ipso arbores & flumina.
 Interim tamen quod multi cum Rab-
 binis & Origene, vel tantum *Spiritualem*
paradisum introducunt, vel cum Augu-
 stino

stino & Damasco, aliisque, & corporalem & spiritualem illum hortum faciunt, non erit silentii peplo involvendum. Fuit sane terrestris ille *Paradisus* παράδεισος *euor* *paradisi* cœlestis, uti etiam speculum quasi quoddam interioris istius *Paradisi*, hoc est, summæ tranquillitatis & lœtitiae in homine. Pro certo tamen & rato habendum, *divinum Historicum* non cœlestem aut interiorem, sed terrestrem & corporeum describere *Paradisum*, uti modo fusius patebit.

§. VI. Audaces nimium & intollerabiles sanè sunt nonnulli scripturarum Interpretes, præprimis vetustiores, quibus *divinus Scriptor κατὰ ζωὴν ἀπόρρητος λόγος εἰληφεν* vitus, quos inter, unanimi Scripturam εἰληφεν^{ως} interpretantium consensu, habetur *Origenes*, qui *Paradisum* fingit cælum, arbores Angelos, flumina virtutes cœlestes. Audiamus proinde ipsum de historia *Paradisi* Philoc. cap. I. pag. 33. ita differentem: Τίς γέτως ηλύθισε ω: οὐδῆν αἱ Γεράνοι αὐθρώπῳ γεωργεῖ τὸ Θὸν πεφύευκέναι παρείδεσσον εἰ δέχεται καὶ αὐτολας, μηδὲ ξύλον τῆς ζωῆς εἰ αὐτῷ

πεποιηκέναι ὁρετὸν καὶ αἰσθῆτον; ὥστε διὰ
τῶν σωματικῶν ὁδοῖς τὸν γενούμενον τὸν καρπόν,
τὸν ζῆν ἀναλαμβάνειν. Καὶ πάλιν καλῶς καὶ
πονηρῶς μετέχειν ἵνα τῷ τὸ μεμασηται τὸ
τοῦ τὸν ζύλον λαμβανόμενον. Εἶναι δὲ καὶ
ὁ Θεὸς τὸ δειλινὸν ἐν τῷ φυγαδείσφωνταιτεν
λέγονται, καὶ ὁ Ἀδὰμ τὸν τὸν ζύλον κρύπτει
αὐτός. ὃν δύναται διστρέψαι ἵνα τῷ τοῦ αὐτὰ τρο-
πικῶς τρέπεται μηνύειν ἵνα μυστήρια. Hinc
haurire licet, quam lubenter fuerit
solitus fere à sensu literali non tantum absti-
nere, sed & eundem penitus eradicare.
Aben Esra, Gen. 3. v. 24. quæ de Paradiso
ejusque flaviis habentur, quodammodo ad
facultates animæ humanae, intellectum, vo-
luntatem, προαιρετον referre videtur. Ba-
silius, Damascenus, Ambrosius, aliquæ à
vero & proprio literæ sensu ad extor-
tas αἰλαγογίας sæpiusculè deflectunt. Si
Paradisus est, inquit Ambrosius, in quo
erant exorta virgulta, videtur Paradisus
anima esse, quæ multiplicat semen acceptum,
in qua virtus unaquaque plantatur, in
qua erat lignum vite, hoc est, Sapientia.

Atque hæc scripturas interpretandi, vel torquendi potius ratio, *porphyrium* olim induxit, ut irrideret Christianam doctrinam & scriberet eam nihil certi habere, eo quod non aliter atque fabulæ *Poët̄rum*, in alios quosdam sensus, contra Grammaticam, omnia transformanda essent. Adeoque non fas est speciosarum conjectationum tropologiarumque expositionum amore tam audacter ab historia *Geor̄ius* recedere & luculenter tradita *narrat̄ mīra* immutare & *Paradisi mīra* confundere. Et, iam si autem in *Origene* & aliis ejus perdiscequis prodigam allegorizandi taxamus liberalitatem, penitus tamen non sint *ām̄yoc̄as* amandandæ, si modo commodæ sint & ipsarum rerum existentia allegoricâ interpretatione non destruitur, id quod sit, dum retento sensu literali dicamus in illis contineri allusionem ad res præstantiores & cœlestes, quemadmodum opus Tabernaculi & existit in rerum natura, & est allusio ad res cœlestes præstantes, uti

Josephus alicubi scribit. Illud tamen virtutum in *Origene* ejusque similibus, quo historiæ aufertur veritas, totaque *Paradisi* continentia τροπλογυμῶς subvertitur, & de terra trochlea quasi figurarum transfertur ad cœlum, meritò reprehendimus.

§. VII. Manet itaque dividuum Potamographum historicum agere, adeoque non μυστικῶς, non συμβολικῶς scripsisse, sed ἰσορεικῶς & γεωφυτῶς retulisse quidquid extiterit; cœlique & terræ Creatorem *Paradisum* non νοῆτον mentalem & immateriatum; sed verè οἰαδῆτον sensilem & corporeum plantasse. Sed vis opinionum præconceptarum tanta est, ut pessima quæque tutari malint Sectatores, quam suam deserere opinionem. Dicit namque *Origenes* Lib. ὥδι τῶν ἀρχῶν, neminem fore tam stupidum ut DEUM prius agricultoram fuisse & arbores in *Paradiso* plantasse. Hic etiam, præter ea quæ antea adduximus, ut rem in aratum contrahamus, sequenti illativa vi *Paradisum* αἰσθητὰ DEO plantatum ibimus.

mus probatum: Quicunq; plantavit hortum
in certa tñs oīusuevñc plaga situm: omnis
generis pulcherrimis arboribus & nominetenus
arbore vite, nec non scientia boni & mali
consitum: variis animalibus non tantum gres-
silibus sed & reptilibus impletum: certis flu-
minibus, illisque fæcundissimis, undiqueaque
irrigatum: in quo Adamus s̄avissime otius
est, citra ullam molesti laboris curam & do-
loris sensum: cujus cultura homini fuit de-
mandata: Et tandem sub cujus arboribus pa-
rentes primævi post lapsum sese abscondunt,
& folia fculnea sibi consuunt, ille plantavit
locum aliquem terrestrem & corporeum, a-
mœnissimum & deliciosissimum. Atqui DEUS
plantavit. Et. Ergo. Major licet pro-
pria luce radiet, hinc tamen evadit e-
videntior: quod situm est in certa a-
liqua plaga, id pars terræ est: quod
consitum est arboribus & nuncupatur
hortus, non nisi locus terrestris: quod
repletum est animalibus, & in quo A-
damus ipse quietissimè vixit, locus cor-
poreus est: quod diversa habet flumi-
na, id est locus terrenus irrigatus a
flu-

fluminibus, quemadmodum enim hæc flumina propriè accipiuntur, ita certum in terra designant locum: & denique loco nonnisi materiato & corporeo ad-signari potest agricultura. Minor suum habebit fundamentum in historia ιστορίας ἐξαγμένης. Pro terrestri itaque *Paradiso* coronidis loco lubet adducere verba Epiphanius: Εἰ τένεται ὅπερ ἔνι τοῦ δόγματος αἰσθῆτος, ὅπερ ἔνι πηγή, ἢ ὅπερ ἔνι πηγὴ, ὅπερ ἔνι ποταμός. Εἰ ὅπερ ἔνι ποταμός, ὅπερ ἔνι γέσηται πρεσβύτερος ἀρχαῖος. ὅπερ ἔνι Φησῶν, καὶ γῆων, καὶ πύρων, καὶ ἐν Φρεάτης. ὅπερ ἔνι συκῆ, ὅπερ ἔνι φύλλα, ὅπερ ἐφαγεν δότο τῷ ζύλῳ Εὐā, ὅπερ ἔνι Αἰδάν, ὅπερ ἔστιν ἀνθρώποι, καὶ μῆδος. Λοιπὸν η ἀλήθεια καὶ ἀπληγορεύται τὰ πάντα.

§ VIII. Evicto, quod speramus, *Paradisum* verè αἰσθῆτον à DEO plantatum, & σωματικὸν à Mōse descriptum, aliquam una cum ipsa terra obtinuisse materiam, eamque à primo rerum instanti, tam temporibus ante-quam post-diluvianis (si species ipsam terram, seu variarum in *Paradiso* existentium plantarum spe-

cies, quarum nec ulla de novo oritur, nec ulla ante finem seculi interit) re-
tinuisse, convertamus nos, si res ue-
~~Godicōē~~ sit tractanda, ad alterum prin-
cipium, quod nuncupari sivevit forma.
Ec hæc, ut paucis dicamus, consistebat
in ipsa horti figura, situ, circumscriptio-
ne, amoenitate & quæ huc spectant aliæ
circumstantiæ, sine hisce enim *Paradisus*
non fuisset *Paradisus*. Rectè itaque præ-
ter Oleast. Eug. Jans. Zvarez. Voetius de
creat. pag. 687. adserit locum tantum su-
pereesse, sed formam & decorem aquis di-
luvii violatum. Sed de hoc pristino
eoque perduto amoenitatis statu, circa
finem hujus dissertationis plura. Illud
carptim veluti ὡς ēι παρόδῳ hic notamus,
quod quemadmodum *salutaris doctrina*
ipsum *Paradisum* ejusque amoenitatem
& omnium rerum tranquillitatem de-
scribit plenam ; ita *Gentiles* fictitium
quendam locum comminiscuntur, quem
vel seculum aureum, vel fortunatorum insu-
las vocant sive *Elysium campum*, cuius
voluptate nulla ipsis nobilior :

Hic choreæ cantusque vigent passimque vagantes,

Dulce sonant tenui gutture carmen aves &c.

Vid. Tibull. lib. 1. Ecl. 3. pag. 99. De campis Elysii vid. Mythol. Nat. Com. lib. 3. cap. 19. Nihil prius mirata est antiquitas, quam *Hesperidum hortos*, teste Plinio, unde aurea mala, & quæ alia multa ibi vel visa, vel inde transportata leguntur, de quibus Bernhardus Antiquit.

Hispan. & Afric. pag. 509. Deos cum hominibus in seculo aureo fuisse versatos & vixisse &c. fabulantur Poëtae, præsertim de convictu Deorum Catullus in *Epithalamio Pelei Argon.* p. 63.

Præsentes namque ante domos invisere castas.
Sepius, & sese mortali ostendere cœtu
Calicola nondum spectâ pietate solebant.

De Elysii campis notat Q. Smyrnaeus, Palladem eo proficiisci, ibique esse adscensus & descensus Deorum.

Ἄνθει δὲ οἱ ἡλυσῶν πεδῶν κίεν ἦχοι τέτυκται
Οὐρανὸς εἰξ ὁπότεο κατεβασίη ἀνοδός ή
Αἴγαράτεις μακάρεσσιν.

Sic de prima ætate scribunt, qui cognitionis & veritatis Divinæ, in Mose & Evangelio patefactæ ignari sunt, ἀνω καὶ κάτω se movent, neque in Cœlo, neque in terra inveniunt ubi pedem figant, fucataque commentatione tradunt originem rerum. Certe aurea ætas, quâ de tot Poëtarum & aliorum extant οὐρανίαι, de statu primævo capi possunt, qui in primo generis humani ortu, in *Paradiso* æque ac aurum micans inter metalla effulsit. Aurea vere ætas fuit, cum nudis primis *Paradisi* incolis, nondum ut *Silius Lib. 4.* loquitur :

*Colla viri fulvo radiarent lactea torque,
Auro virgata vestes, manicæque rigerent.*

§ IX. Juxta prælupposita principia nihil nunc restat, quam ut ad ipsum finem *Paradisi* concessi indagandum, nostrum convertamus sermonem, quandoquidem enim aliqualem ejusdem injecimus mentionem in data *descriptione Paradisiaca*, hic penitus non esse prætereundum, putamus. Finis *ultimus*, qui absolute &

sim-

simpliciter talis fuerit gloria DEI, & secundum quid ac in suo genere utilitas
Protoplasmorum, quemvis manet: verum non æque finis *intermedius* seu *subordinatus*. Scherlogus *Fesuita Heberniensis*, & alii finem *Paradisi* conditi esse volunt, ut scilicet si homo innocens mansisset, habitaturus quoad vixisset, tanquam *summus imperator* intra illum, capitolium quoddam & aulam, extra vero per regionem *Eden*, quæ sit territorium & provincia ad *Paradisum* spectans, habitatores magnificè consiliarios *Monarchæ*, tam qui fidei & religionis normam edocerent, quam qui civiles tractarent materias; & horum quidem Palatia *Paradiso* conjuncta futura. Verum huic sententiæ & aliis ejusdem farinæ vetat nos subscribere *sana Auctoritas humana* sicut & *Divina*. Et quod *Bellarminus* usum *Paradiso* etiam hunc adsignat, quod habitent in eodem *Enoch* & *Elias*, quam tententiam dicit *gravissimorum Autorum* esse, id merito, tanquam *Commentum Iudaicum* reprobari in sequentibus patebit.

§. X.

§. X. Ad ductum itaque *Eruditorum* hunc finem, quem vocavimus *subordinatum*, facimus præprimis tripli-cem. Ut sunt 1. *Cultura horti* divinitus homini demandata, dedit enim DEUS agros & terram primis hominibus ^{לעברות} ^{τὸν Φυτεῦσαν}, ad colendam Gen. 2. v. 15. illa autem plantatio ^{καὶ φύγευσις}, ^{καὶ γεωρ-} ^{γία}, num ἀλιθός; num ne in *Paradiso* fuit homo absque labore? *Augustino* res visa est facilis solutu, ex eo quod post *lapsum* animadvertisit quosdam tanta-voluptate animi agricolare *Lib. 8. de Gen.* ut eis magna pœna sit inde ad aliud avo-cari. Inde colligit, quidquid delicia-rum habeat *agricultura*, tunc longè am-plius fuisse, quando nihil accidebat ad-versi vel de terra vel cœlo. Labor est ge-minus, unus *jucundus* propter experi-entiam virtutis naturæ, alter *molestus* propter enorme & dolendum *scelus Pro-toplastorum*. Non fuisset operatio in statu primævo laboriosa & molesta, qualis est post *lapsum*, sed jucunda, qua fuisset usus

usus ad providentiæ Divinæ admirati-
onem & pernoscendas eorum vires, quæ
ē terra nascuntur. *Positus est homo, in-*
quit Augustinus, in Paradiso, ut operare-
tur eundem per agriculturam non laborio-
sam, sed deliciosaſ & mentem prudentis ma-
gnæ atque utilia commonentem. Chrysosto-
mus hoc idem declarat quadam simi-
litudine: *Sicut Clemens pater tenero filio o-*
mni copia fruenti, ne insolens fiat, parbam
quandam & congruam curam excogitat: Sie
& Dominus Adæ operationem & custodiam
præcepit, ut cum voluptate, ubertateque ac ju-
cunditate placidè hæc duo ficeret, quæ pro-
clivitatem illius morarentur ac impedirent.
Cum itaque illa agricultura nullas ὁζύας
habuerit & non fuerit ἐπίνοιᾳ καὶ τα-
λαιπνῳ, non χαλεπὸς καὶ ἀθλิกός, quid
abhorret à vero, si credamus hominem
ita in *Paradiso* constitutum, ut operare-
tur non labore servili, sed honesta ani-
mi voluptate. Et quamvis terra sponte
omnis generis fructus adtulisset, tamen
accedente hominis culturâ ubiores
produxisset & fœcundiores.

§. XI. Et 2. *Custodia horti*, posuit enim DEUS hominem in hortum. non tantum ut coloret eum, sed & custodiret וְלֹשֶׁמֶרֶת Gen. 2. v. 15. Quæ tamen custodia non tam horto, quam ipsi homini fuit necessaria; dehebat enim homo sibi ipsi hanc habitationem custodire obediendo Divinis præceptis, ne propter transgressionem ex ea pelleretur. Hanc *Custodiam* collocant plerique tum in conseruatione dignitatis *Paradisiacæ*, tum in ejusdem munitione ab irruptione ferarum, ne scilicet irrumpendo eidem aliquod inferrent damnum, quibus tamen solo nutu & voce homo ante lapsum imperasset, postea verò excusilla reverentia, ipsi rebellare & variis modis nocere cœperunt, præsertim feroces illæ & prævalidæ Bestiæ, ut *Leones*, *Ursi*, *Tigres*, *Lipi*. Quare homines necessitate coacti bellum quasi intulerunt Bellum, easque triplici potissimum modo, *piscatura*, *aucupio*, & *venatione* domare cœperunt. Sed cuin ante lapsum omnia animantia hominis obsequio

sponte subjecta & obedientia fuerunt,
 posset hic institui quæstio: num in illo etiam
 statu homo homini fuisset subjectus? Distin-
 guimus hic saltem, ut rem verbo com-
 plectamur, 1. Inter subjectionem servi-
 lem & filialem, 2. Inter Regimen ~~de morte~~
~~καὶ ταλεπον~~ 3. inter imperium coa-
 etum & spontaneam submissionem. 4.
 Inter Regimen coniunctum cum libidi-
 ne dominandi & coniunctum cum a-
 nimo consulendi. Illud non hoc à sta-
 tu innocentiae abfuisset.

§. XII. Nec non 3. Exercitum pie-
 tatis. Primo enim homini totus orbis
 templum, Paradisus Sacellum quasi & san-
 ctuarium, arbor scientiæ B. & M. Sanctum
 Sanctorum erat, in quo probari pietas A-
 dami debuit, B. Lutherus hanc arbo-
 rem adpellat Ecclesiam, ad quam Adams
 cum posteritate sua die Sabbatho convenisset,
 & post refectionem ex arbore vite prædicasset
 DEUM, & laudasset eum pro tradito Domi-
 nio omnium Creaturarum super terram.
 Hoc tamen esset ut Sancte & sine peccato viverent
 postea

posteri, ut operarentur fideliter in horto, ac custodirent eum diligenter, ut summo studio caverent sibi ab arbore scientie boni & mali. Hunc externum, locum, ritum, cultum habuisset homo, postea rediisset ad operationem & custodiām, donec præfinitum tempus impletum esset, quo esset translatus in cælum cum summa suavitate. Et Paradisus terrestris, uti saepius adserunt, Symbolum Paradiſi cœlestis fuerit, in quo liberi à peccato, & morte, ac omni noxa, & periculo, familiariter cum DEO colloquemur, fluminibus vivis recreabimur, & arbore vitae fruemur; Apocal. 27. v. 1. Erat ergo Schola & Gymnasium pietatis, Sedes Ecclesiæ, ac Typus vitæ æternæ. Et uti Beati Zeæman. utamur verbis, fuit quasi Regia nobilissima, quam DEUS homini construxit, ut in ea, beatè viveret, sibi soli serviret: imo Academia quadam Catholica, ad quam sine dubio homines in statu integro ex toto orbe statis temporibus confluxissent. Et hæc de fine & reliquis causarum generibus παχυλῶς si non ἀχειρῶς dicta sunt.

SECTIO TERTIA.

DE ARBORIBUS ET FLUVIIS PARADISIACIS.

§. I.

Antequam ad *fluviorum* meditatio-
nem descendamus, Juvabit fortè li-
cet non ad rectè investigandum
paradisum tamen ad ejusdem delicias in-
sinuandas, aliqualem injicere mentio-
nem illarum arborum, quibus *Paradi-*
sus pomarii adinstar fuit consitus, quas
inter eminuere *arbor vita* & *arbor scien-*
tiae boni & *mali*; illà in mundo nulla cre-
vit *Major*, hâc nulla *consideratior*, utra-
que inter delicias, beatissimæ habitati-
onis in se continebat *sacramentum*, una
vita, si ex ea vesceretur homo; altera
mortis, si ausus fuerit *Colonus* ex ea
quid decerpere. Quin veræ & natura-
les sint hæ arbores nullus suboriri po-
test scrupulus, quandoquidem *Moses* γε-
φικῶς, uti antea fusè satis probatum,
descripsit, & hasce duas arbores cæteris
adjunxit. Quod autem *arbor vita* sic

D

de-

denominetur non a nudâ significatione,
 quod solum fuerit symbolum ac memoria-
 le vitæ, vel divitus acceptæ, ut agnosce-
 ret homo se DEI unius beneficio vive-
 re, uti *Vatablus*, vel promissæ ac propositæ,
 si legem custodiret, uti *Augustinus*, *Eu-*
gubinus & alii, sed ab *intrinsecâ* eâque
 naturali non supernaturali facultate, vi-
 tam hominis à senio, morbis & mor-
 te conservandi usque ad terminum na-
 turalem, in quo sine dolore & morte
 in vitam spirituali & cœlesti fuisse
 translatus. Ideo dici arborem vitarum
 scribit D. Gerh. in Gen. 1. quoniam
 longissimam vitam homini tribuisset 2. non
 solum vivere, sed etiam bene vivee homini de-
 disse. 3. non solum consumptum humorem
 naturalem restaurasset, sed etiam deperditum
 redintegrasset. Quodquia Arbor etiâ Scientiæ bo-
 ni & mali non inde nomen sit sortita, quod
 in ligno aliqua fuerit facultas seu vis, vel
 hominem reddendi sapientiorem, quam
 à DEO conditum, vel conferendi usum
 rationis ut *Rabbi*nî, vel augendi scientiam
 ut *Josephus*, sed à Deo & à scopo & uia
 arbo-

arboris Divinitus constituto. Fuit enim, ceu habet Gerh. Hec arbor velut quedam ara & templum in quo disceret, quantum sit bonum in concreata integritate persistere, & quantum sit malum ab ea deficere conditus homo. Utrumque superioris fori Theol. fuisus est cognoscere; in quem proinde campum, si nobis liberet, forte non liceret, ulterius expatiari.

§. II. Illud forte licebit paulo altius adnotare, an dictæ arbores duo tantū fuerint individua, an vero plura? & an Scripturæ modo, singulare accipiatur pro plurali, sicut nos collective vocamus Pi-
rum, Pomum &c. notantes speciem, & non individua? Mihi sane, inquit B. Lu-
therus, non valde absurdum videtur, ut in-
telligamus arborem vite certum spacium in
medio Paradisi, & ceu nemus quoddam, in
quu posita plures arbores ejusdem speciei ar-
bor vite dictæ sunt. Sic arborem scientiæ boni
& mali etiam possibile est collective dicti lu-
cum seu nemus, quod fuit tanquam sacellum
quoddam, in quo fuerunt arbores multæ e-

iusdem speciei, nempe arbores scientia boni &
 mali. Notum quidem est nomen עַ
 in Sacro codice & speciem pluribus individuis constantem, & unicum individuum
 denotare, ceu patet ex cap. Gen. 3. v. 2.
 dum Eva dixit: מִפְרוּ עַ
 חֲנֹן—נָאכְלָה de
 fructu arboris horti comedemus, Item v. 8.
 Et abscondit se homo & uxor ejus a facie
 Domini DEI. בְּתוֹךְ עַ
 חֲנֹן in medio ar-
 boris horti. Et alibi quandoque Scriptura
 collectam multitudinem, vel totam et-
 iam speciem singularis numeri vocibus
 exprimit. Licet vocula עַ
 locis citatis
 plures designet arbores, interim nulla
 firma potest dari ratio, cur arbor vita
 nec non arbor scientia boni & mali hic su-
 mantur collective, adeoque verisimile est
 utramque fuisse singularem, id enim Scri-
 pturæ verbis videtur convenientius, quæ
 semper de hisce arboribus loquitur in
 singulari, neque pluribus, uti hoc urgent
 Auctores, fuit opus. Num autem pro-
 pagari ac in usum hominum si in statu
 primævo perstitissent multiplicari po-
 tuissent? Aucto genere humano, inquit

Bonfrerius in Gen. nihil vetat dicere hanc arborem propagandam, sive in Paradiso, sive forte etiam extra Paradisum, ad eum modum, quo cæteræ arbores propagantur. Verum de hac arborum propagatione in Paradiso, postquam eodem excidimus frustra quæri haud inique judicant alii Scripturæ Interpretæ & Theologæ Doctores.

§. III. Videamus igitur quomodo hæ duæ arbores productæ dicantur בַּתָּרֵךְ חַנְקָה in medio horti cum illud varie ab Auctòribus exponitur. Quidam enim ἀληγορεύων् hoc declarant. Ideo, ait Aloysius Novarinus, lignum vite in me-
dio Paradisi erat, ut per hoc significaretur, quod qui temperantiam & medium servat,
bene regit vitam naturæ, acquirit vitam gra-
tie & meretur vitam gloriæ. Licet non negari possit, quin aliqua ex arbore vite pos-
sit desummi ἀληγορία, ita ut, vel sit Sym-
bolum Christi, qui est panis vitæ, lignum
vitæ, fons vitæ, Lucæ. 23. v. 31. vel vite
æternæ, homini promissæ & certo expectan-
dæ, si in obedientia persistisset, sicut &

Theologi & nominatim B. Lutherus, Run-
gius, Gerherdus, omnes in gen. dictum
in modum hanc arborem *vitæ αληγορικῶς*
exponunt. Interim tamen maneat in-
concussum hanc arborem, nec non ar-
borem *scientiæ boni & mali* per se, uti an-
tea indigitavimus, non esse spirituales &
mysticas, adeoque nec בָּתָרְחַנְדָּה medium
borti, in quo erant locatæ, μυστικῶς & αλ-
ηγορικῶς esse exponendum, Sed uti ar-
bores fuere valde *conspicua*, *floride* & *pul-
cræ*; ita etiam in loco *conspicuo*, *florido* &
insigni fuerunt à DEO plantatae, qualis
alias haberi & esse solet *locus medius*. Seu
ut Gerh: *in medio dicitur*, vel quia fuit
in meditullio Paradisi, Gen. 3. v. 2. 3. vel
quia *Excellentia ejus donatur*. Unde Cun-
radus Diet. vult illud בָּתָרְחַנְדָּה non esse
sumendum mathematicè, sed tamen ita
late ut omnino arbores hæ in medio
Paradisi productæ dicantur. Ita expo-
nit Bonfrerius: *Illud in medio Paradisi, non*
summendum Mathematicice, sed ut idem sit,
quod inter alias arbores, vel hebraismo, inter
alias arbores *conspicua & spectabilis*. Duo-
bus

bus modis hoc posse Explicari autumat
Episc. Abulensis in Gen. Una modo quod
in medio Paradisi per æquidistantiam, vel
quasi in medio esset lignum vitæ. Secundo
modo accipi potest medium per interpositio-
nem, & ita omne, quod est intra rem, est in
medio rei.

§. IV. Cujus speciei fuerit arbor
scientiæ boni & mali, æquè incertum est
ac cujus fuerit arbor vitæ, licet multi
contendant suisse ficum, sive denique il-
la fuerit Persica, sive Indica, sive Ægypti-
aca, sive Sarmatica, de quibus multa mira
narrant Scriptores, tamen & falluntur alios
& falluntur ipsi. Conantur quidem
hanc suam ex eo roborare sententiam,
quod primi parentes post lapsum ex fo-
liis ficus perizomata sibi fecerint. Ast
contrarium longe est probabilius, illos,
ne eo ipso transgressio illorum prode-
retur & manifestaretur, non ex ea sibi
parasse subligacula; procul dubio enim
ingens illius arboris horror & odium
eos cepit, ex qua tantum damnum ac-
ceperant. Non quidem negamus primos

parentes ex ficu sibi parasse perizomata;
 cum Sacer Codex idem adserit: Gen: cap. 3.
 v. 7. Verum exinde non evincitur arbo-
 rem Sient. B. & M. fuisse ficum, præpri-
 mis etiam ob prædicatum, quod huic ar-
 bori à Mose tributum legimus, dicitur
 enim cap. 3. v. 6. תְּאֵן־חֹא לְעֵינֵינוּ
 desiderabilis oculis, in hebræo emphatice
 desiderium ipsa oculis, id est, tam desidera-
 bilis, ut ipsum desiderium oculorum vi-
 deretur. Targum Onklos vertit: quod
 sanitas esset oculis, non quod vim medi-
 cam haberet oculos sanandi, sed quod
 adspicere suo oculos saviter pasceret: id
 quod in ficum non cadit. Quidam mis-
 sa hâc arbore, ad alias delabuntur, &
 statuunt fuisse vitæ vel frumentum ex
 Matth. 26. v. 27. Quia Christus in pane &
 vino medicinam lapsus nobis in Eucha-
 rist. Offert. Sed nec nulla in his con-
 nexione videtur ratio, quandoquidem
 à Mose vocatur arbor, non frumentum vel
 vitis. Alii autem recurrent ad dictum
 Cant. 5. v. 5. Indeque colligunt fuisse ma-
 lum. Sed in isto libro omnia tere para-

bolica, quæ ea de causa nullum firmum & immobile, pro hac sententia adstruenda, ponunt fundamentum, & propterea etiam *Grawerus Cent. Q. Illustr. q. d. 8.* *Concl. 3.* de pomo dubitat. Ast quid in re incerta inceri amplius desideramus, cum *qualis species hæc arbor fuerit non liquet.* Hoc nobis proh dolor liquet, *Ebam transgressione Divini hujus præcepti, una secum adtraxisse in malum, non unum duntaxat Adamum, sed univerlos Adami-genas,* ut non sine causa ingeminemus cum *Theodoto:*

*Incola primus homo fuit in viridi paradiſo,
Conjuge vipereum donec suadente venenum,
bausit; eò cunctis miscendo pocula mortis,
sentit adbuc proles, quid commisere parentes,
Ejulat ejectus de sede pia protoplastus.
Ac cinis in cinerem, natura mutat honorem
Ne tamen æterni teneremur stipite pomi.
Flammeus ante foras vitat ensis adire volentes*

Et sic breviter memores promissi lustravimus arbores paradisiacas & nomine-tenus arborem vitæ nec non scientię boni & mali; quarum mentionem ad *Ethnicos* etiam

etiam pervenisse nemo non videt, licet miserè omnia postmodum detorserint & depravaverint. Eo ipso enim dum *Moses* arborem vitæ immortalitatem conservare testatur, *Nectar* & *Ambrosiam* suam celebrat *Hesiodus*, quæ dicta est quasi sine morte. Ab aliis Poëtis *Nepenthes*, omnem adimens dolorem & luctum. *Homero* placuit *Moly*, homines ad juventutem revocans, cuius vires *Plinius Lib. 25. cap. 4.* multis describit verbis. Itemque de ipso *Paradiso*, quem *Damascenus Lib. 2. de O. f. cap. 2.* vocat ΕὐΦροσύνης καὶ Θωμηθίας ἀπάσους ταμεῖον; & addit ἐπειδὴ ἔνελλεν ὁ θεὸς ἐξ ὄρεων τε καὶ ἀσέρτες κύσσων πλαστρυγεῖν τὸν ἀνθρώπον, ὡσπερ Κύνα Βασιλέα καὶ αρχοντα πάσους τῆς γῆς, καὶ τῶς ἐν αὐτῇ πονκαθίσησεν αὐτὸν οἵτινες Κύβασσοις, ἐν ᾧ διεσύμενοι μακαρίαν καὶ πανολβίαν ἔχει ζωὴν.

§. V. Succedit nunc alterum *Paradisi decus*, ipsa videlicet flumina, quibus *Regio Edenica* quā amoenissimē & fœcundissimē irrigabatur, altiori mentis inda-

gine inquirenda. De hac irrigatione inquit *Dibinus Potamographus cap. 2. v. 10.*
 וּנְהֶרְ יָצָא מִעַדְן לְחַשְׁקוֹת אֶת־הָגֵן וּמִשְׁבֵּט
 fluvius e-
 grediebatur de *Eden* ad *irrigandum hortum*:
qui inde divisus factus est in quatuor capita.
 multa quidem de hisce flaviis jam es-
 sent delineanda, cum illorum co-
 gnitio ad rectè investigandum paradi-
 sum vim habeat non exiguum; sed con-
 tenti erimus adduxisse extantiora. An-
 tequam autem ad specialem descendamus illustrationem, præmittendus est
fluvius principalis, de quo reliqui quatuor
 excessere, idque forte non erit frustra-
 num, præsertim cum de illo variæ
 variorum circumferantur opiniones.
 Quibusdam enim *fluvius* ille *principalis*
 ex *Edene* profluens ad *irrigandum hor-
 tum*, videtur esse *Oceanus*, ex quo qua-
 tuor illa celeberrima flumina oriantur;
 sed in textu dicitur בָּהָר *fluvius* non *Ocea-
 nus*, *mare universum*, quod universem
 circuit terram. Aliis videtur esse *Ganges*,
 sed hæc itidem sententia dudum cele-
 bra-

brari *Doctorum* usu & consensu desit. Nonnullis *Jordan*, quem dicunt per subterraneos meatus, in *Tigris*, *Euphratis*, *Pisonis* & *Gibonis* scaturigines emersisse, & nuncupari quasi יַאֲר עַדְן *fluvius Eden*, sed hac ratione posses aslumere fluvium quemvis, & *Paradisum* locare ubicunque velles, *Etymon* datum ingenii lusus est. Quidam singularem נָהָר pro plurali hoc loco volunt intelle&tum; sed ex narrationis historia adparet hanc sententiam esse coactam. Sunt & aliæ opiniones de hoc flumine, sed non tanti pretii ut aliquam mereantur censuram.

§. VI. Nos autem hac in re facimus cum illis, qui per *fluvium* hunc *principalem*, volunt intelligi *Euphratem*, qui in *Sacro Codice* aliquoties venit κατ' ἔχοντιν propter *excellentiam* & *magnitudinem* nomine נָהָר videlicet *Josue* 24. v. 2. *Psal.* 72. v. 8. *Mich.* 7. v. 12. et alibi. Unde colligi potest per hunc *fluvium* intelligi *Euphratem*; præprimis cum & hoc innuit stili mutatio, v. 14. חֹוֹת *is ipse Phrat*, scilicet alveus ipsius *fluvii* principalis

nomen habens. Hic fluvius dicitur ex Edene egressus, נַהֲרָה procedebat, à radice נַהֲרָה prodiit, egressus est. Quod quidam hic vertunt ortus est, adeoque quod de prima origine hanc vocem exponunt nullum meretur adplausum, non est necessarium inquit Pererius, illo verbo נַהֲרָה significari primum ortum, primamque illius fluvii originem, sed tantum indicari flumen illud ex regione Eden profluens directo itinere & cursu in paradisum influxisse. Adeoque optime convenient Moses, qui dicit hunc fluvium egressum esse ex Edene, & Strabo, plinius, alioq[ue], qui ex Niphate monte Armenie suum duxisse ortum adserunt; rectè enim dicimus illum procedere ē Regione paradistica Eden, ceu ē loco per quem rectè homo dicitur exire ē culina, licet pertransierit antea hypocasta & alia conclavia.

§. VII. Verè itaque ex Edene hoc modo profluxit, unde illos, qui vocem נַהֲרָה ita accipiunt, ac si flumen illud scaturierit ex ipso horto, confundere, quæ sacer Scriptor distingit, rectè insuper

per statuminamus. Nec licet tamen colligere *bortum* plane diversum quid à loco *Eden* fuisse, præprimis cum etiam legimus illum in *Eden* verlus ortum plantatum; quandoquidem ex *Geographicis* constat *Eden* non admodum parvam fuisse regionem, in cuius parte orientali, utpote depresso & ob humorē eo delabentem fœcundiore sapien-
tissimus hujus universi Architectus hor-
tum disposuit augustissimum. In illa
parte *Eden*, unde prodiit fluvis, elegan-
tes fuisse montium *cryptas*, non sine cau-
ſā conjectamus; prælertim cum ex *Hy-
draulicis* habeamus, aquā nonnisi ex loco
editiore ad depresso volvi, & inter has
cryptas & ipsum *tortum* aliquod fuisse in-
tervallum haud viderur inconveniens,
quod mediocribus colliculis, nec non
amoënis pratis, oculos adipicentium ob-
lectare potuit, quam voluptatem omnis
generis *animalia* ibi pabulum quærentia
auxere. Fortassis etiam cap. 3. v. 1. ubi
מִבְלָה חַיָּת הַשְׁרָה dicitur *callidus*
præ omni *animali agri*, per *agrūm* intelligi-
tur

tur jam dictum intervallum. Ex fine hu-
jus fluvii & usu, qui consistebat in irri-
gatione tam *agri*, quam *horti*, colligi po-
test, aquam non *simplici canale* erupisse
ex illis cryptis, aut etiam ex diversis il-
larum rimis collectam, per unum alve-
um ad hortum abiisse; sed per quam
plurimos rivos distributam, non tantum
campum seu agrum irrigasse; sed et-
iam ad omnes horti partes per multas
fossas derivatam, tandem in quatvor
pluresve piscinas collectam esse, ex qui-
bus postea *quatvor flumina* emanarunt in
exteriores telluris partes, fundo Para-
disiaco humiliores.

§. VIII. Paradisus itaque etiam si
multis & variis præconiis felix habeba-
tur, uti saepiusculè notatum, hoc tamen
naturæ beneficio, præcipue beatus, quod
quatvor clarissimis fluvius in varias mundi
partes profluentibus fueri irriguus, qui
in *Scriptura* dicuntur: פִּישׁוֹן נַחַל כְּרָכֵל פְּרָת
refert namque *Moses* fluvium princi-
palem, quem hactenus habuimus, in
alia flumina לְאַרְבָּעָה in *quatvor*

capita sive principia id est, alveorum, incilia quasi dissiliisse. Nomen **רָאשֵׁי capita**, est quidem **πολύσηνος**, hoc tamen loco pro *initio, promanatione, ingressu* seu *ortu* recte sumitur. Ex istis alveis, unum de *Euphrate*, alterum de *Tigri* participasse ex adpellatione manifestum est: dicitur namque unus **פרת** & alter **הַדְּקֵל**, qui est *Tigris*, non totus, sed quatenus *Euphrati* jungitur. Sequitur proinde reliquos duos alveos **פִישׁוֹת** & **גִזְזוֹן** non procul ab hisce quærendos esse; præprimis cum ex narratione *Mosaica* constet quatvor illa flumina fuisse vicina, ex uno quippe flumine *Euphrate* scilicet orta, qui non quidem in *Paradiso*, quum id textus non habeat, sed post irrigatum *Paradisum* **יְפָרֹד** divisus fuerit in quatvor capita, cumque ex *Ptolom.* *Georg. lib. 5. cap. 23.* *Strabon. lib. 15.* *Plinio lib. 5. cap. 24.* *Arrian. lib. 7.* constet *Euphratem* in diversos canales te diffundere, & diversa nomina sortiri.

§. IX Quid per duos istos alveos, quos diximus *Divinum Scriptorem* vocare **פִישׁוֹת** & **גִזְזוֹן** sit intelligendum, magna imo

imo maxima inter Eruditos deprehendi-
tur velitatio. *Josephus, Damasc. Epiphan.*
Ambrosius, August. Hieron. Iffidorus, Ruper-
tus, Tostatus, Bonfrer. Bellarm. Paulus
Scherlogus aliique citati Pheiffero, per flu-
vium גָּנְגֵס intelligunt Gangem Indiæ flu-
vium; & per נִילָה Nilum Ægypti. Sed ho-
rum sententia non est æversuī, cum
Ganges & Nilus ultra millia milliarium
Germanicorum remoti, diversas Zonas
torridas & temperatas perreptent, ade-
oque nullo modo fieri potest, ut hi si-
mul ac Tigris & Euphrates ex uno fonte
unoque capite effluant. Nec sufficit quod
adversa pars regerit; posse fieri ut flumi-
na illa à vero & communi suo fonte, hodie
ignoto, per meatus quosdam subterraneos
transeant, & post longos demum tractus di-
versis locis erumpant. Cum aliud probat
illorum ortus, fluxus & exitus: Ganges ex
Caucaso monte in Asia oritur; Nilus ex lu-
næ montibus & Paludibus adjacentibus,
in Africa; Tigris vero & Phrat suos fon-
tes habent in Armenia. Plane contrarius
est eorum fluxus: Ganges enim Tigris & Eu-

pbrates à septentrione versus Austrum
 feruntur; Nilus vero à meridie versus
 septentrionem. Et exitus habent disjun-
 ctissimos: Ganges quidem in Oceanum
 magnum; Tigris vero & Euphrates in si-
 num Persicum; Nilus denique in mare
 mediterraneum. Et licet ulterius urge-
 ant: in diluvio esse fontes aquarum ruptos, ut
 omnia confusa videantur, largimur hoc,
 per inundationem orbis, fluvios exigu-
 as quasdam mutationes pati, aut al-
 veos eorum nunc obstrui, nunc dilata-
 ri potuisse; sed transponi fontem ul-
 tra tot centena milliaria, absurdissi-
 mum est. Quae adferuntur inquit Pheit-
 ferus, sive de meatibus Subterraneis, per
 quos colligentur, sive de flaviis per diluvium
 ita dissipatis, mere precaria sunt. Quis si-
 bi concipiat (ne dicam quis viderit) meatus,
 quibus caput Nili, capiti Gangis jungatur; et
 ut detur, per inundationem fluvios quasdam
 mutationes pati potuisse, id tamen credibile
 non est, ultra tot centena milliaria fluvios dis-
 jici, aut contrarios plane sortiri cursus. Nec
 opus est, ut propter aurum indicum, phison
 in

in Hevila *India* collocetur. Hevila enim illa, quā alluit Phison, hic non *India*, sed *Sufiana* est; inque illa & finitimiis provinciis, in primis tamen in dicta *Suciana Gemmas*, *Onychem* & *Bdelium* inveniri, *Plinius Solinus* & *Geographi* atque *Historici* unanimiter testantur. Neque plus inferre
 probant *Auctores*, quam quod *Chavila*
 à *Pasitigri* alluatur. *Chavilam* dictam fu-
 isse *Chaulan*, *Chablas*, *Chaulas* & *Chalbas*
 nomenq; accepisse à *Chavila* filio *Culch*,
 cuius mentio fit *Gen. 10. v. 7.* commemo-
 rat *Boch. Geogr. Sac. in descriptione Paradisi*;
 hancque terram *Babylani* esse proximam
 comprobat *Eratostenes*, tendentem à *Per-*
sico usque ad alveos *Ebratis*. Vide *Ingeni-*
osissimū Boch. de hisce egregiè & prolixè
differenterem. Manet itaque *Phison* & *Gi-*
bion esse alveos *Euphratis*, & sic non opus
 est ut recurramus ad communem opi-
 nionem *Interpretum*, quippe quæ multas
 & magnas patitur difficultates.

§. X. *Phison*, quia *Tigridi* jungitur,
 servata nominis antiquitate, vocatur à
Grotio Pasitigris seu *Phisotigris*; *Prole-*

inæus βασιλείου πηγαὶ regium annem, & Polybius τὴν βασιλικὴν θεώρην regiam fos-
sam, hunc vocari scribunt. Hic est, te-
ste Bocharto, Arabum Almelic & Chal-
dæorum נַרְמַלְכָה Naarmalcha. Ammi-
anus Lib. 24. ventum est hinc ad fossile
flumen Naarmalcha nomine, quod annis Re-
gum interpretatur. Hunc scribi à quibus-
dam Ctesiphonta prætermeare miratur di-
ctus Auctor, cum Ctesiphon fuerit trans Ti-
grim, & Naarmalcha, seu Regius fluvius,
in Tigrim influat, multo infra Ctesiphon-
rem, nempe ad Aramiam, ceu Ptolemæus:
Απάμεια ὑφ' ἦ ἡ τὰς βασιλείας πηγαὶ πρὸς
τὸν Τίγρην συνθόλην, Aramia, sub qua est
Regii fluvii commixtio cum Tigri. vide Bo-
chartum de hisce ulterius. Si quis hic
objiciat: Regium esse fossilem adeoq; manu-
factum & non naturalem, dicimus illum
omnino esse naturalem, licet opera &
cura humana sit aliquantulum dilatatus.
vox Mosaica פִוָשֵׁת, quam septuaginta Interp.
reddiderunt Φισῶν, descendit à rad.
פִוָשֵׁת & חַשְׁבָה quæ crescere & multiplicari
significat, quasi exundatio, eluvio, eruptio.

Unde

Unde & alii, teste plinio, in eam venere sententiam, alveo huic nomen dedisse copiam pisium, eo quod abundet pisibus, & quidem maximis angillis, nempe 30 pedum longitudinis. Isidorus Hopkinson, Rabanus, Rupertus, & alii citati Cunrado Diet. hujus alvei adpellationem שׁוֹנָה & פִּי venisse existimant, quasi dicas, mutans faciem rationem addunt: quia sepe est sui dissimilis in cursu, vel in quantitate, aliquando latissime fusus, aliquando vero in angustum coarctatus, vel in colore, alicubi fluens pellucidus, alicubi turbidus; vel in qualitate, alicubi frigidas, alicubi calidas.

§. XI. Alter est גִּיחֹן Gibon, per quem non intelligimus Nilum, ut antea probatum, sed tractum illum inferiorem magni Euphratis, in sinum persicum illabentem, quem Abydenus adpellat Αρεγάναρον, Plinius Narragam, Ptolemæus Baarsarem vel Maarsarem, Ammianus Marcellian. In Abydeno pro τὸν Αρεγάναρον legendum esse quidam suspicantur τὸν Ναραγάναρον, id est, נַגְרָאֲגָם Nagr-agam

fluvium stagni; atque id ipsum esse in
 Plinio Narragam pro נחראנג Naar-a-
 gam, quo nomine videtur dictus, quia
 vel alluebat vel permeabat stagnum qua-
 dratum, ingens ad occasum Babylonis;
 cuius unumquodque latus erat decem
 parasangarum, vel quod idem est, sta-
 diorum 320. unum in Abydeno legitur
 alterum in Herodoto. Diodorus ex hoc
 numero demit solum viginti stadia. De
 Maarsara & Marsia nihil succurrit, nisi
 statuas potius esse nomina præcedentis
 alvei, qui ab urbe Maasia vel Sura Maasia
 dictus sit, & נחר סורא Naar-Sura flu-
 vius Suræ, unde corruptores fecerunt
 Marsian & Maarsarem, ceu testatur Bo-
 chartus. A Divino itaque Paradisi Cho-
 rographo recte nuncupatur גוחן hic al-
 veus, exundando enim varias efficit
 paludes, â גבה magno impetu ferri, vel
 potius â גוח educate de ventre, erumpere,
 emergere, ex cuius Hiphil חוח sic
 â continua proruzione aquarum, confer B.
 Gerb. in. Gen. & Cunrad. Diet. de Antiqui-

Bibl. Nec obstat quod hic solent inferre: *Aeracanum non circumdare Aethiopiam*, cum nec idem faciat Nilus. Ceterum **כוש** esse tractum infra sinum Persicum, non Aethiopiam Africanam, sed Arabicam, probat in *Geogr. sua* jam saepius citatus *Bochartus*, unde conjunx Mosis dicitur **כושייר** quæ Madianitidis erat, *Num. 12. v. 1.*

§. XII. Quandoquidem Auctores unanimi consensu probant *Tigrim* & *Euphratem* illos esse, quos Divinus Scriptor adpellat **חַרְמָה** & **פְּרָת** non erimus prolixi in horum enodatione. *Cbiddechel* vero hic nominatus, non intelligendus venit magnus ille ab oriente Mesopotamiam alluens; sed alveus ille, qui influit in *Tigrim* ejusque mutuatur nomen. Hic quidam inferunt: *Nullum Euphratis alveum dici Tigrim.* verum si *Tigris* *Euphrati* sit unitus & ab eo quasi absorptus, quidni igitur alveus *Tigrim* continuans dicatur *Tigris?* Hunc fluvium **הַרְמָה** nomine depravato accolæ (teste *Plinio*) adpellant *Diglito*. Josephus vero

vocabulo sui temporis nominat *Diglah* & *Tigrim*, quod etiam retinuerunt 70. *Tyres*, quod persis est sicut קִידָה *Sagitta*, testis est *Cunrad. Diet.* Eadem vox occurrit *Dan. 10.* quam 70 verterunt εὐδέκελ non ut antea *Tyres*. Derivatio vocis Mosaicæ à חַרְדֵּךְ acuit & לֶלֶךְ velocem esse, optime convenit descriptioni Curtianæ *Lib. 4. cap. 9.* Nec sane aliis ad orientis plagam tam violentius invehitur; multorum torrentium, non aquas solum, sed etiam saxa secum trahens. Itaque à celeritate, qua defluit, *Tigris nomen est inditum*, quia Persica lingua *Tigrim Sagittam* adpellant. Hinc Hieronymus inquit: *Tigris vocatur propter velocitatem instar Bestie nimium currentis*, hujus enim aquæ, uti alii observant, sunt חַרְדֵּת acute & יְקִילָת celeres, unde orta Chaldaeorum vox corrupta רְקִלָת vel רְגִלָת, quo vocabulo significari ait Josephus, eum simul angustum, arctum, & velocem esse. 70 viralis Societas suam videtur sumfisse adpellationem, vel a celeritate cursus, & quidem à *Tigri* animalium velocissimo, cuius in currendo

miram velocitatem & perniciatem describunt Plinius, Franzius & alii passim; vel ut superius monitum à Sagitta ob celeritatem cursus, nam Tir unde corruptum est Tigris hodieque Persis Sagitta, & Armenis Ensis est, ceu Pfeifferus meminit. Dicitur hic fluere ante Assur sive Assyriam in fonte est קורמת אשור in conspectu Assyria, quo sensu rativavit, quod hic 70 Interpr. habent, saepè sumitur. Quidam קורמת exponunt adorantem Assyria, verum nulla urgente ratione, cum quilibet viderit hic non adparere nisi locale. Raro in hac regione, uti notant Cluverus & Crellius, pluit, quidquid frumenti provenit, fluminis irrigatione præparatur, tanta alioquin fertilitate, ut trecentesima messe, ubi eximie ferax redundet tellus.

¶. XIII. Jam sequitur פְּרָת ultimus, quos Moses recenset, fluviorum, ad quem ex omnium consensu sita fuit Babylon. Euphratēm plerique vocant, servato prisco nomine, quia creditur esse nativus Euphratis alveus, non ut alii

fossilis & arte factus. Tantum in libro Baruch cap. 1. v. 4. nuncupatur fluvius Sud, quo loco se librum suum legisse dicit in auribus πάντων τῶν καλοικέντων εἰς Βαβυλῶνι πότερον οὐδέ. omnium eorum qui Babylonē habitant ad fluvium Sud. Bochartus legendum autumat Σερ Sur, nam ex Hebreorum monumentis id sumtum est, in quibus erat סור-נהר-אל ad fluvium Sur, sed tefellit Interpretem similitudo literarum ר & ס, is igitur legit סור Sud pro סור Sur. Sur idem quod Sura vel Sora, ut nuper citatus Auctor habet, urbs Babylonie notissima, ad hunc ipsum Euphratis alveum. Est itaque hic omnino distingvendus à fluvio illo principali ex Edene prolabente, de quo antea, hic enim medium olim interfluebat Babylonem, eamque in duas æquales dividebat partes, uti Bochartus & alii comprobant. Derivatur vox Hebreorum פְּרָת ārad. crebit, fertilis fuit & fœcundus, cum accusativo vero fructificabit, protulit, unde Isidorus Lib. 13. cap. 21. ait: Euphrates à frugibus vel ubertate nomen accepit, seu ut alii

שְׁמִימֵיו שָׂרַת vocari phrat, פְּרַת וּפְרַט וּמְבֹרֶן אֶת הַאֲיָס cuius a-
 que fructificant, & multiplicant, & saginant
 homines. Cluverus, Strabo, Plinius & Crel-
 lius dicunt hunc, cum Sol ingreditur
 cancrum, & æstu suo nives in mon-
 tum jugis resolvit, ad crescere & Mes-
 potamiam inundare ad modum Nili. In
 hoc discrepans quod limi nihil, aquæ
 multum agris adferat, & ad fertilita-
 tem præparet; adeo ut centuplo cum
 fructu messem reddat. Probabilem non-
 nulli adsignant rationem, cur Euphrates
 dicatur, videlicet quoniam hoc loco in
Hebreo habeatur הַוָּה פְּרַת ex quibus vo-
 cabulis conjunctis, postea *Euphrates* di-
 catus. Et hi sunt jam נְהֹרוֹת בְּכָל fluvii Ba-
 bylonis vel *Babylonie* potius, de quibus *P.*
 137. 1. quorum ripæ tam multis salicibus
 erant consitæ, ut *Babylonia* ideo vocetur
 נְחַל הַעֲלָמִים torrens salicuum *cf. 15. 7.* & Mo-
 abitarum opes dicantur in vallem salicum
 deportandæ, id est, in *Babyloniam*. Et hæc
 de quatuor flaviis, quos Divinus recen-
 set Scriptor, sufficere speramus.

SE.

SECTIO QUARTA,

DE SITU PARADISI, EJUSQUE AMPLITU-

DINE, FIGURA ET DURATIONE.

§. I.

Quo in loco *m̄s oīn&uēv̄s* situs fuerit *pa-*
radisus tam diversa adversaq; quia
lia vix super una re inveniantur alia, *Eru-*
ditorum habemus *ingenia*, adeo ut ariad-
ne filo videatur opus, quo irremeabi-
lem opinionum concurrentium evite-
mus labyrinthum, ne in errorum ab-
ditas sylvas & devia labamur tesqua;
quantum enim ulla ratione unquam po-
tuit comprehendendi, aut conjectura aliqua
indagari pro inveniendo adstruendoq;
loco Paradisiaco, hic enixissime factum,
quamvis diversimode, ut nunquam
amicæ jungantur manus; sed ut
Ingenia scindantur, illorum tamen decre-
vimus mirari si non liceat rimari *extanti-*
ora, ut in meliorem ejusdem situs perve-
niamus cognitionē, & nostram mentem
quam superius, tam in *descriptione Par-*
adisi, quam quatuor *fluviorum Regionumq;*
quas

quas pertranseant perlustratione, tecimus palam, largiori crena insinuemus. Quadrifariam tamen præprimis circa hoc negotium sese mirum in modum torquent & pungunt *Interpretes*. Quidam enim nomine *Paradisi* alium orbem & aliam terram denotari volunt: Quidam totum hunc globum terrenum, quem incolimus: quidam *Sublimem aliquem locum*, in quem aquæ Diluvii penetrare nequierint: Quidam etiam aliquam partem in terra, licet hi rursus varient, uti mox patebit. Euphrem Syrus sentit *Paradisum fuisse alium orbem extra oceani terminos*. Et in hanc Scyllam impingere videtur *Augustinus* dum ita fatur: *Paradisus in oriente situs est, interjecto oceano, & a nostro orbe longe remotus &c.* Verum nescimus quid illis in mentem venerit, qui hoc sentiunt, nihil sane fabulis Judaeis de *Paradiso* adhuc existente similius, nulla alia re magis, in Scriptura suam produnt ignorantiam, quippe quæ primò *Paradisum* in Regione *Eden* situm adserit; & ad colendum dicit *Adamo* e-
loca-

locatum; mentione *arborum* & *fluminum*, quæ certè circumstantiæ extra terrarum hunc orbem non inveniunt locum. Et quis quæso & qualis sit *orbis ille utopicus?*

S. II. Errant quoque illi, qui cum *Ortelio*, *Josepho*, *Hugone* aliisque, totum terrarum orbem horto Edenico destinatum fuisse conjiciunt, ob benedictionem Divinam & multiplicationem hominum. Verum si quis de hominibus tunc non dum natis voluerit esse sollicitus, non videtur hoc prorsus posse negari. Quia enim tunc temporis non nisi unicum par conjugum existebat, sufficere poterat pars Telluris, à DEO T. O. M. adornata, ad cuius Exemplum posteri *Protoplasmorum*, successu temporis, reliquas quoque terræ partes & provincias, ita colendo adornare potuissent, ut ob similitudinem *primi horti Divini* cum eodem coalescerent. Verum nunc quæritur ubi terrarum initium fuerit illius horti? Rectissimè diximus illos errasse, qui nomine *Paradisi* totum mun-

mundum designari contendunt, quod a-
 perte docet Topographica descriptio,
 quomodo בְּעֵדָן in Eden plantatus dicitur
 יְשִׁבַּן מִקְרָם מִקְרָם ad orientem, quomodo מִקְרָם מִקְרָם
 לְכַזְּעָן אֶת־חֶבְרוֹן Cherub pre-fo-
 ribus ipsius collocavit, ne ultra in Paradi-
 sum illi revertantur, si totus terrarum
 orbis sit Paradisus. Præterea constat Ada-
 mulum extra Paradisum à DEO fuisse con-
 ditum; in Paradisum deportatum; & ex-
 tra Paradisum propter transgressionem
 extrusum. Ubi igitur creatus? quo de-
 portatus? & unde ejectus? Si totus mun-
 dus Paradisus fuisse. Quod vero Geor-
 gius de Valentia unum illud גַּן־בְּעֵדָן o-
 mnes homines potuisse capere sit com-
 mentus, id ex modo dictis & jam sub-
 sequentibus potest destrui rationibus. Si
 enim quidam degerint hominum, post
 enorme Ade scelus, circiter mille an-
 norum tractum, quanto tempore in-
 statu instituto vixissent, quamque nu-
 meratam prolem edidissent? Quomo-
 do omnes coævi eodem simul potu-
 issent capi? Porro novimus ex ipsa hi-
 sto-

istoria 'Mosaica' DEUM Ter. Opt. Max.
 hominibus in omnia animantia concessisse dominum, illisque non modo *horto Edenici*, verum etiam *universi orbis* herbas & fructus dedisse in cibum, immo totam terram, ut eam replerent sibiique subjicerent *Gen. 1. v. 26. 28. 29.*
 Nec potest quis hærere, quin ipsi perreptassent terræ orbem, lustrassent Maria, insulas, variasque orbis Regiones, & in his admiranda DEI opera, ne hospites in suo essent imperio. Nec potest quis sibi persuadere terram universam desertam hominibusque vacuam fuisse futuram, quandoquidem homnis industria & cultura, non minimum tam ad fœcunditatem, quam ad elegantiam confert. Hic quidam recte provocant ad locum *Ezai. 45. v. 18.* *Dominus fecit terram, ipse plastes ejus, non in vanum creavit eam, ut habitaretur formavit eam.* Interim tamen fuit *Paradisus* ut B. Rung. sup. *Gen. fatur, arx aliqua in urbe, sedes & habitatio Adami, ex qua in reliquam terram prodire, eamque lustrare, ac tueri potuit.*

§. III. Nec ab errore immunes
 sunt, qui vel cum Basilio & Tostato Pa-
 radisum *supra terram, ita medium aëris re-*
gionem in loco sublimi locant; vel cum Ra-
 bano & Strabone *ad lunarem usq[ue] circulum*
elevatum conjiciunt; vel denique cum
 Bonaventura & Durando *sub linea æquino-*
ctiali, ubi summa aëris temperies, illum
 ponunt. Adferunt quidem dicti *Aucto-*
res duas præprimis rationes: ne scil. ho-
 mo versaretur in aëre aut loco minus salubri;
 & ne ab illuvie aquarum vastaretur. Verum
 illorum sententiam, fictasque rationes
 vel id solum evertit, quod textus Molai-
 cus non בְּשָׁמַיִם in cœlo aut etiam aëre
 paratum, sed בְּעֵדֶן in terra Eden plantatum
paradisum adserit, licet non hinc Sub-
 jungamus: loca illa sublimiora nec posse
 variis herbis & arboribus conseri; nec
 fluminibus irrigari; nec ab hominibus
 inhabitari; multo minus omnium reli-
 quorum animantium constitui sedem;
 quomodo quælo omnia animalia ad tor-
 tum illum pensilem poterant adduci, ut ab
 Adamo propriis insignirentur nominibus.

§. IV. Auctores, qui *paradisum* in aliqua parte *Globi terrestris* collocant, rursum in diversas abeunt partes; quidam enim ponunt illum in *loco quodam inaccesso*, quidam in *loco quodam pervio*. Illi fingunt locum aliquem prope *mare Caspium*; altissimis montium scopulis coronatum, adeoque nulli mortalium per vium, inque illo *paradisum* fuisse conditum fabulantur. Verum *paradisum* scopulis insuperabilibus undiquaque fuisse cinctum nulla ratione potest evinci, quia constat, cum DEUS expulisset ex eo Adamum, posuisse ante eum Cherubinum pro custodia, utique ut prohiberet introitum hominibus; nulla autem necessitas fuisse custodiæ, si propter scopulosorum montium coronam inaccessus fuisse. Credimus equidem facile, esse alicubi in orientalibus Regionibus inaccessa quædam scopulosorum montium præcipitia, at intra illa *Paradisum* fuisse, nec nobis, nec forte alii cuiquam credendum obtrudi posse subveremur.

§. V. Horum vero sententiæ, qui
in loco accesso seu pervio Paradisum condi-
tum adserunt, iterum sunt dividuæ; vel
enim locant illum circa Jordanem in terra
Sodomorum ē Gen. 13. v. 10. Vel in Pa-
lestina, quia fuit terra promissionis & ha-
bitationis Patriarcharum; vel in agro Da-
masceno, quia Damasci putant Cainum pa-
trasse fraticidium, in qua etiam oppidū
*fuit *Paradisus* priscis Scriptoribus adpel-*latum;* vel in Insula *Ceylon*, quia ibi in mon-*te**

quodam excelsō non tantum reperi-
untur vestigia rupi ab Adamo, uti fa-
bulantur, impressa, unde illum montem
vocant *Pico del' Adam*, & *Silvae Cinnamo-*
mi, quas ob salubritatem & saporem iu-
vissimum, propaginem arboris vitæ esse
credunt: sed & *Elephant* præstantes &
dociles; & tandem quia sit insula amœ-
nissima nobilissimis & præstantissimis
gemmais abundans. Sunt insuper qui *Pa-*
radisum locatum conjiciunt; vel in *India*;
vel in *America*; vel in *Arabia*: vel in *Galilea*
ad Jordanem; vel circa *Armeniam* & *Mesopo-*
tamiam; vel denique in ipsa *Mesopotamia*

circa Babylonem, & hæc ultima intentio
 & communior & verior a plerisque censem
 tur Eruditis. Reliquæ opiniones partim
 fabulosæ, quia constat *paradisum* non in
 Insulis plantatum, sed in regione quadam
 locatum: partim ineptæ, ex falsa inter-
 pretatione duorum alveorum *Pisonis* &
Gihonis: partim proferunt aliis Regioni-
 bus communia, ut sunt amoenitas, fer-
 tilitas, &c. Quæ nullis aliis magis com-
 petebant Regionibus, quam *Mesopotamia*:
 partim insuper situationem *Paradisi* præ-
 cisè non determinant. Vide sis de hisce
 ulterius *Pererium in Gen. Georg.* *Anderfen.*
Itiner. Orient. Lib. 2. Cornel. a Tap. sup.
Gen. Kipp. Exercit. 23. de Creat. Rivet.
in Gen. Cunrad. Diet. Antiq. Bib. Reub.
Math. Mos. Voëti. Dßp. Select. Iſfeiff. Dub.
Vex. & alios passim.

§. VI. Nostram mentem de situa-
 tione *Paradisi* in *Mesopotamia circa Baby-
 lonem* sequentibus roboramus rationi-
 bus: 1. Stimulat nos S. Patrum & præ-
 stantissimorum Doct. conspirans Synodus.
 Ex Patribus enim & Script. Interpre-
 tibus

tibus. Præter Augustinum, Oleastr. Epiphan. Bonfr. Beroald. Genebrard. Per. Jans. Vatab. Eugub. Hug. Torn. Spondan. Mari. Salian. Granad. Mealvend. Quos Paulus Scherlogus 2. Antiq. Hebr. Sect. 3. pag. 325. magno adducit numero, habemus etiam alios quam plurimos. Ex Recentioribus vero hâc eâdem incedunt viâ ferme omnes; quos nobis licuit consulere. Et licet quidam nihil certi hic videantur statuere, tamen hanc sententiâ agnoscunt probabiliorem, ut Friedliebius, Gerhardus, Bochartus, Cunrad. Dietericus, Terserus, Calovius, Krom. Kipp. Quenst. Reucherius, &c. 2. Nos urget quod Paradiſus situs fuerit in *Eden*; & quidem *Eden* Thalassar, uti notant adcuratores, ea fuit pars *Babylonie* in *Mesopotamia*, ceu patet ex 2. Reg. 19. 12. *Esa.* 37. v. 12. *Ezech.* 27. v. 23. ibi enim dicitur fuisse prope *Charan*, quæ est in *Mesopotamia*, teste Bocharto in *Geogr. sua*. 3. quia *Mesopotamia* totius terrarum orbis amœnissima erat & fertilissima, & sic convenit cum descriptione paradiſi *Gen.* 2. Et si liceat loqui cùm qui-

busdam est ista Regio adhuc hodie præ aliis amœnissima & fertilissima, utut de pulcritudine & ubertate antiqua, multum tot seculis decesserit. De hac fertilitate & ubertate restantur *Auctores* passim, *Plinius lib. 18. Nat. cap. 17.* *Babylone bis secant, tertio depascunt, alioquin folia tantum fierent.* Sic quoque cum quinquagesimo fænore messis reddit exilitas Soli: *Venerum diligentioribus cum centesimo,* neque non cura difficultis est. Hieronimus hic etiam optimè illud applicat, quod observaverit oves in *Mesopotamia* bis parere. Et *Curtius lib. 5.* hanc eandem adprobat sententiam dum dicit: *Inter Tigrim & Euphratem jacentia tam uberi & pingvi solo sunt, ut à pastu depelli pecora dicantur nefas perimat.* Causa fertilitatis est humor, qui ex utroque amne manat, toto fere solo per venas aquarum refudante. Nec non *Solinus* dum inquit: *Mesopotamiam impinguat Euphrates annuæ inundationis excessibus terris superfusus.* 4 Quia celebratur in *Mesopotamia: Edenna seu Edeffa,* sacra quoque civitas dicta, forsitan ob-

veterem Paradisi memoriam, quam nimirum diluvii abluit eluvium. 5. Quia Mesopotamia regio est inter Tigrim & Euphratem, unde etiam nomen suum est sortita; *εὐφράτης* enim medium sonat & *ποταμὸς* fluvium. Hoc innuit etiam Tacitus lib. 5. dum dicit: *Campi, qui Euphrate & Tigri inclutis amnibus circumflui, Mesopotamiae nomen accepere.* Dicitur hæc terræ portio Hebræis אֶרְזָנָה id est, *Syria duorum fluviorum.* Latinis melius dicitur *Interamna* quam *Medamna* cum *Prisciano*, cuius verba sunt:

Indigenæ populi pro re dixere Medamnam.

6. Ex intentione Mosis, Moles enim, qui octingentos post diluvium scripsit annos, Regionem Eden ut suo seculo cognitam proponit. Quæ si *Esaie* & *Ezechielis* temporibus fuit nota, certè temporibus Mosis notior esse potuit, quibus nondum acciderant tantæ ruinæ & mutationes Nationum, quantæ postea sunt secutæ. Voluit ille procul dubio, ceu habet Pfeifferus, per Potamographiam istam sistemum Paradisi determinare, & quidem homi-

nibus sui temporis, quibus scribebat, unde
 loca ipsis nota (per prolepsin, nominibus impo-
 sitis, à post diluvianis) commemorat, puta
 חווילה כוֹש אֲשֹׁר פָּרָת חַרְקָה ergo descri-
 psit fluvium & alveos cum post diluviana
 rerum facie convenientes; convenientiores au-
 tem dari non possunt. Hinc Kippingius di-
 cit: *Fluvii de Edene promanantes in hanc*
sententiam adeo manifeste nos deducunt, ut
contra pertendere velle delirantis animi sit.
 De fluviis hisce, & Regionibus quas per-
 transeunt, diximus antea, ex quibus fa-
 cilè evincitur *Paradisum in Babylonie cam-*
pis situm. 7. Denique quia à Mose sci-
 mus illum terræ tractum, ubi situs fu-
 erit *Paradisus*, fuisse in oriente, quia in
 textu additur מִקְדָּשׁ וְאֶתְבָּשָׂרָאֵל, jam in Scriptura Regiones, *Persi-*
cá, Arabica, Mesopotamia, Armenia veniunt
 nomine partis orientalis, & sane divi-
 nus *Historicus Gen. 29. v. 1.* absquè a-
 liquo signo adpellat *Mesopotamiam* מִצְרָיִם
 orientem, ubi Jacob, in *Mesopotamiam* iter
 facturus, dicitur levasse pedes suos &
 ivisse

ivisse ad terram בְּנֵי קָרְבָּן. Hoc tamen aliquam meretur observationem, quod non omnes Regiones in Scriptura S. adpellentur orientales; sed tantum quæ citra sinum Persicum usque ad Indiam porriguntur, & præsertim illa regio, quæ voce כָּרְבָּן venire solet, ceu observat Perer. in Gen. Et ob receptum morem & inter Judeos procul dubio consuetam loquendi formulam, Mesopotamia & regiones propinquiores nomine כָּרְבָּן sæpiusculi fuerint denotatae. Jacobus Capellus, Bocharto in Phaleg lib. 1. cap. 7. cito tatus, hoc idem comprobat, dum dicit: primos parentes descendisse ab Ararat in eam terram, quæ dicta est כָּרְבָּן & כָּרְמָלָה a Kedma novissimo filio I-smaëlis. Gen 25 v. 15. Et eos in terram Schinar supra Babylonem sitam migrasse, restatur idem. Ex hisce rationibus æquis rerum Censoribus constare arbitramur in qua terræ portione paradi sum plantaverit rerum omnium Conditor Jehova DEUS noster.

§. VII. Quod *Paradisus* פָּרָדִיס ver-
sus ortum sit plantatus, id *Pererius* intelligi
adserit respectu *Edenis*, quasi dicas in o-
rientali istius Regionis tractu situs. Reube-
rus respectu montium, ex quibus pro-
fluxit fluvius. *Kippingius* respectu Pa-
lestine, cuius ratione inquit *Mosen*
scriptionem suam adtemperasse. Non-
nulli respectu *Mosis*, dum hoc scribe-
ret, ubi cum populo in deserto versa-
retur. *Calovius* respectu terra *Judeæ*, uti
solent communiter ejus ratione plagæ
designari in Sacris Literis, cui senten-
tiæ proinde & nos adstipulamur. Sed
quoniam in hac re explorata certitu-
do desideratur, merito cuilibet liberum
relinquitur judicium. Ex hoc situ pa-
radisi פָּרָדִיס ad orientem, morem Chri-
stianorum versus ortum in precibus
prospectantium profluxisse, conjectant
non Solum Patres nonnulli, verum et-
iam idem testantur *Historiographi*. *Basi-*
lius Putat ob hanc causam Veteres ad
ortum in precibus stetisse, quod *para-*
disus ad orientem situs fuerit, & quod
anti-

antiqui versus orientem precari soliti, eo ritu desiderium suum ad *Paradisum* redeundi testari voluerunt. Hujus ritus quoque mentionem faciunt *Tertullianus*, *Epiphanius*, *Clemens Romanus*, *Origenes*, *Athanasius*, *Nazianzenus*, *Nyssenus*. Quorum tamen rationes, teste *Cunrado Diet.* in merâ consistunt conjectura. Quid enim dicetur de Christianis quibus *paradisus* ab *occidente* situs est, ergone *Sic occidentem* ea ratione intueri debuissent? Quid de *Ethnicis*, quibus *Polydorus Vergilius* de *invent. rerum Lib. 5. cap. 9.* eundem morem ex *Apulejo* probat, quod orientem spectantes, orando incrementis solis tacite adprecari sint, quod tamen de Sole justitiae Christo Christianis explicandum tradit. Sic reitatur Alexan. ab *Alexandro Lib. 4. genialium dierum*, Magorum & Persarum morem fuisse, primo semper diluculo canere Diis, hymnosque & laudes dare, orientemque Solem venerari.

§. VIII. Quæ contra hunc situm solent excogitare dubiola, tanti non sunt

funt momenti, ut prolixum mereantur calamum. Quod ajunt *Patres* describere *Paradisum*, quod ibi perpetuum fuerit ver, at *Mesopotamiam* frigoris non esse expertem, vel id solum destruit, quod terra magnam maledictionem propter transgressionem *Protoplastorum* subiverat *Gen. 16. 17. 18. Rom. 8. v. 20.* Pergunt & auxilium quærunt in voce יְהוָה, quam dicunt esse *appellativam*, adeoque non Regionem, sed voluptatem tantum denotare. Verum antea dedimus probatum hanc vocem יְהוָה *Gen. 2. v. 8.* esse *propriam*, adeoque Regionem portendere. Instant: Licet concedamus nomen *proprium* horti esse, quia Cain *Gen. 4.* dicitur inhabitasse *Eden*, sed num fratricidæ pro exilio concessus *Paradisus*? Hic frustrantur versione vulgata; non enim dicitur Cain habitasse in *Eden*, sed in terra Noth, ad orientem *Eden*, id est, ab orientali parte *Eden*. Tandem inferunt quod *Eden* ex quo Adamus fuit ejectus, locus fuerit inaccessus; at *Eden* apud Esaiam & Eze-

Ezechielem Regio fuit culta & habita-
ta. Sed hoc ipso nihil aliud evincunt,
quam quod Eden ante diluvium fuerit lo-
cus inhabitatus & post diluvium cœperit
habitari. Addunt & alias objectiones
sed istæ minus solidæ sunt.

§. IX. Ambitum, longitudinem
Paradisi & latitudinem proponentes
Scriptores in diversas abeunt opiniones,
quarum aliæ in excessu, aliæ in defectu
se habent; aliis nimium extendentibus
hunc hortum, aliis vero nimium con-
trahentibus. Verum spatium illud, seu
magnitudinem quod concernit, cum
nec Moses, nec alii Scriptores certi quid-
piam scripserint, conjecturis tantum
locum dederunt. Nam qui *Eden* &
hortum ipsum latissimè in oriente diffu-
derunt per *Syriam*, *Arabiam*, *Medianam*,
Persiam, *Mesopotamiam*, *Damascum* & *Æ-
gyptum*; Seu ut alii per totam tere
Asiam & *Africam*, faciunt *Paradisum* con-
tra *Divinum Historicum* aliquem or-
bem & non *hortum*. Et hi dum latifun-
dia Adamo custodienda & colenda
tri-

tribuunt, non vident se, & naturam rerum, & commodum communis nostri parentis convellere, cuius exemplo nos docuit Dominus naturæ, naturam parvo debere esse contentam. Et quis quæso Tostato manifestaverit *paradisi* longitudinem fuisse circiter duodecim miliarium; ambitum vero ejus triginta sex vel quadraginta? Et unde *Bellarmino* suam hauserit notitiam? qui huic borto locum adeo spatiosum adsignat, ut extra regionem *Eden* sese extendat. Alii aliter hic se torquent. Sed ut diximus, cum nulla nos monumenta doceant antiqua hujus amplitudinem, par est, ut simus contenti ea revelatione, quam ex Historia Ιεωπύνσῳ accepimus, & ut simpliciter verbis Spiritus Sancti habeamus fidem.

§. X. Inde quod ab oriente hujus borti *Eden* מַרְכָּבָה לְגֻנָּן מִקְדָּשׁ collocatus dicitur *Cherubinus* cap. 3. Gen. v. 24. duo, quæ lineis admodum paucis veniunt illustranda, possunt erui, unum est, quod

quod inde colligitur: *introitum in illum hortum, vel quasi ostium Paradisi fuisse ab orientali ejusdem parte, ubi introire & exire cuncta poterant animalia, cum ab Adamo propriis insignerentur nomini- bus, verum amplitudo hujus ostii silentio tegitur.* Interim tamen ex magnitudine animalium transeuntiam & exeuntiam posset colligi, ad minimum octo vel decem cubitos fuisse latum, ut animalia majora, ceu sunt: *Elephantes, Cameli, Rhinocerotes &c.* potuerint ingredi, nisi verosimilius putetur ejusdem ostium ab utraque parte munitionis, tam latè sese extendisse, ut vel decem animalibus, si non pluribus, simul & semel transeuntibus patuerit aditus. Alterum quod hinc habetur est: *hortum illum undique fuisse clausum & probe munitum.* Verum quibus clausus, qualisve fuerit illa munitio, cum perpetuo delitescat frustra hic prolongatur sermo.

§. XI. Nec est quod ipsam figuram hujus horti multis ambiamus verbis,

bis, cum nihil certi de illa determinare poterit humana sagacitas. Si præsupponatur tamen illud הַמִּדְיָן medium horti, in quo locatæ dicuntur arbores præstantiores, *vita* nimirum & *scientia* boni & mali, hic Mathematicè esse sumendum, adeo ut revera æternus ille Plastes dictas arbores in centro horti plantaverit, cum posset aliquis facile putare *Circularem*, ceu perfectissimam figuram horto illi in Eden esse adsignandam. Verum *Rotunda* figura non quovis modo, & respectu omni censetur perfectissima; sed ratione capacitatis, & quarundam aliarum singularium affectionum sic nuncupatur. Dantur enim multa in aliis figuris, quæ *Rotundæ* non competit, ceu figuræ *Triang.* *Quadrang.* & *Quinquang.* reliquas in eo superant figuræ quod quinque corpora regularia illis terminentur, & *Triang.* *Quadrang.* & *Sexang.* hoc agnoscunt peculiare, quod absq; aliarum figurarum admixtione in plano compositæ continuam possint constituere superficiem.

Omnium figurarum constantissima est Triangularis, undè utriusque Trigonometriæ fundamentum certissimum præbet & immobile, quæ insuper ab Architectis ad confirmandas structuras; à Mechanicis ad roborandas machinas; à multis quoq; Opificibus ad perficienda organa aliaque adhibetur opera. Figuræ vero quadrangulari ab Architectis aliqua præ reliquis jure optimo conceditur prærogativa, quippe quæ ædificiis est aptissima, omnes enim ejus anguli sunt recti, qui acutis angulis pariter & obtusis suā præstant mediocritatem. Hinc non sine causa conjiceremus Paradisi fuisse quadrangularē, & hæc conjectura haud parum confirmatur figuris Tabernaculi fœderis, templi Salomonæ, urbium Leviticarum, nec non novæ Hierosolymæ, in quibus omnibus rectangularis figura ab ipso DEO reliquis fuit prælata.

§. XII. Nunc demum ad ipsam Paradisi existentiam seu ejusdem permanzionem insinuandam nostrum movemus calamum, cum æque circa hoc negotium ac illum

aliud, cui in hoc *argumento* perlustrando
foimus adstricti, miros deprehendamus
sententiarum æstus imo apud quosdam
fluctus quasi in simpulo excitatos. Multi
enim (ut nihil de iis dicamus, qui *para-*
dīsum ante diluvium à terra absorptum,
& in illius locum flammam substitutam
fuisse arbitrantur) *paradīsum* tam quo ad
antiquum suum decorem, quam quoad
locum superesse acriter propugnant;
plures per generalem illam totius orbis
eluvionem *καὶ πάντα* dissipatam ac sub-
latā esse illam Regionem, in qua *paradīsus*
fuerit plantatus, & sic faciem ac *πορθ-*
μεῖα periisse enixe laborant adstruere;
plurimi vero *paradīsum* qua ornatū dun-
taxat, elegantiam & peculiarem loci
κοσμότητα cum universalī cataclysmo ob-
ruti & violatum, at quā flumina Loca,
quæ disertè ὁ *Γεόντων* Geneleos Scrip-
tor delineavit, etiamnum extare cautè
contendunt & defendunt. Cuivis enim
facile adparet *paradīsum* non esse destru-
ctum, quoad partem terræ, quasi pars
quædam terræ interierit, cum in terra
dolis fuit

fuit, ceu superius probatum, uti-
que quā locum supereſſe tuū videtur.
Potuit quidem variis casibus mutari
ejus facies, ſed ejus locum ſedemque
non amplius extare, quis propterea
dicat? & fuit *Paradifus* casibus obnoxi-
us, ſicut & cætera mortalia cuncta.
Ea enim eſt hortoruū natura, ut faci-
lē per hominum incuriam & tempo-
ris injuriam poſſint ſqualeſcere. Nec
mirum alicui hoc videri debet, *Jerufa-
lem* enim civitas DEI florentiſſima,
nunc everla eſt; & *Sion*, mons DEI,
Sacroſancta quoque DEI arca, jam du-
dum vetuſtate conſumta ſunt. Quam-
obrem etſi *Paradifum* quā locum ma-
nere ſuperſitem damus; tamen quoad
accidentia, loci amœnitatem & adcu-
ratam circumſcriptionem immutatum
urgemus, quia limites ac termini illi-
us per diluvium ſunt deturbati, cum
tota terræ facies miſerè ſit devaſtata,
omnia conjuſta, ſaxa diſiecta, petrae de-
fractæ in unum coniectæ, & montes

excelsi facti. Non tamen fuisse montes antediluvianos reluctamur, cum illi dupli modo possint adstrui. 1. quia in ipso diluvio expressè montium fit mentio, dum profunditas aquarum per montes significatur, si enim excelsiora sub cœlo montium præcipitia aquis sint operta, utique ante diluvium fuerunt: *Ab est enim tertii adjecti ad est secundi adjecti valet consequentia.* Vel si non fuerunt, non potuerunt obrui, cum non entis nulla accidentia, & nullæ sint qualitates. Posterius est contra manifestam Spiritus Sancti adhesionem, ergo prius sit necesse est. 2. quia ante diluvium etiam fuerunt flumina, quæ neutquam potuisserent profluere, nisi ex eminentioribus terræ partibus, ad depressiora derivata essent. In ipso tamen, uti dictum, diluvio aquæ ingentes arenarum cumulos congesserunt, & postea etiam terræ motibus, aquarum vi & impetu, montes novos adsurrexisse constat. *Paradisum itaque quæ pristinum*

num amoenitatis statum ut statuamus
 deperditum, jubet nos 1. *Sanctissimi la-
 bii æterna profunditas*, extat illa diser-
 tis verbis concepta Gen. 7. à versu 16
 ad finem usque. Ibi enim ex descri-
 ptione & universalitate cataclysmi, *pa-
 radisus* haud obscure censeretur destru-
 etus, cum omnia sub cœlo montium
 cacumina fuerint operta, & ipsa inun-
 datio aliquot menses super terram du-
 raverit, neque fas sit generalem illam
 scripturæ sententiam ad certa loca re-
 stringere, aut miracula præter Scriptu-
 ram confingere. Judicet nunc qui ju-
 dicare potest, & cui non cerebrum sub
 calcaneo situm est, ubi tum temporis
 locorum terrestris *Paradisus* manerit,
 & quomodo ab illuvie aquæ atque
 impetu liber esse ac superesse potuit,
 nisi sub sphæra lunæ, quod antea per-
 negavimus, pensilem eundem fecerit. 2.
 Nos urget plurimorum *Patrum*, &
 veterum Scripturæ Interpretum, ad hanc
 sententiam accedentium *unio*; nec non

recentiorum *Theologorum*, hoc idem adserentium *consentiens adprobatio*. Inter illos nominamus *Oleast.* *Eug.* *Chat.* *Jans.* *Franc.* *Svar.* *Salian.* *Blas.* *Est.* *per.* *Corn.* à *Lap.* Quorum huc collimantia verba, longum valde & tñdiosum foret hic recensere singula. Inter hos vero re- censemus nullos, cum omnes in quan- tum innotuit, habeamus conspirantes, qui sane hanc sententiam propugna- f- sent nunquam, nisi magis validæ rati- ones à nostra militarent parte. 3. nos stimulat *structura arœ Noachicæ*. Si e- nim *paradisus* non fuisset violatus, uti- que Noach in illo conservari potui- set, adeoque *fabrica arœ* neutiquam fuisset opus. 4. Accedunt *testimonia*, *sensuum*. Collocatur enim *Paradisus*, ceu ex superioribus claret, secundum Ad- curatores, in *Mesopotamia* aliquo angu- lo, quæ loca & olim & etiamnum sunt cognitissima, si jam iis locis fuit & ad- huc esse & superesse deberet, utique ejusdem decor & amœnitas incompa-

rabilis vel visu vel auditu innotesceret. Ast neutro horum. Relinquitur ergo *Paradisum* post diluvium in pimævâ suâ amœnitate non comparere.

¶. XIII. Antiquum suum vigorem etiam post diluvium *Paradisum* obtinuisse, & etiamnum obtainere satis prolixâ verborum pompa promulgant. *Just. Tertul. August. Epiph. Tho. Damasc. Abul. Bellar. Georg. de Valentia.* Et alii quam plurimi censem eundem peculiari DEI providentia ab inundatione aquarum mansisse intactum, & in eo etiamnum sanctissimè & quietissimè vivere Henochum & Eliam. Quorum tamen cum omnia rationum momenta sint minora, quam ut de statu suo animum deturbare conceptamque opinionem valent dejicere, leviter & carpitum hic veniunt tangenda. I. quo suanituntur tueri commenta argumentum inde est desumptum, quod *Henoch & Elias suis corporibus congruentem habarent sedem, donec tempus esset, ut eum. An-*

*ti-Christo congreidentes vitam cum morte
commutarent.* Verum hæc usque adeo
altra nō ciuitate piget retulisse, quam in-
epte enim miracula rationis suæ me-
tiuntur decempeda nemo non videt,
dum statuunt Henochum & Eliam
non Spiritualem, sed animalem etiam-
num ducere spiritum, & in propria
persona ante diem novissimum redire.

2. à columba ramum Oleæ ad Nochum
ferente, peritum. Verum quod folium il-
lad è *Paradiso* sit advectum, Rabbinorum
quorundam figmentum est, qualem
quælo certitudinem de recessu aqua-
rum colligere potuisset Noach; nisi O-
leum istud in terra aliqua aquis hacte-
nus inundata, nunc vero restituta
crevisse scivisset, ceu hoc etiam *Gerun-
densis* contra *Rabbinos* merito urget. Et
Moses disertè testatur, diminutas jam
tum aquas, & per dies complures ar-
cam in montibus stetisse, cum folium
illud adferretur, Oleaque semper viret
foliis, ergo potuit sub aquis diluvii fo-
lia

ha sua servare, non enim marinas saltem herbas & arbores sub aquis vivere; sed etiam alias in sicco crescentes sub aquis durare testantur Physici, quorum aliqua testimonia à Bocharto, Hieroz. part. 2. lib. 1. cap. 4. collecta videre est. Theophrastus Hist. plant. lib. 4. cap. 8. hac de re ita refert: Εἰ δὲ τῇ θαλάτῃ ἐρυθρᾷ διαδρομήν τινα Φύεται· καὶ καλύπτουν αὐτὰ δάφνην, καὶ ἔλαιαν. Εἴτι δὲ οὐ μόνον δάφνη ὄμοια τῇ ἀριᾳ, οὐδὲ ἔλαια τῷ Φύλλῳ παρπόν δὲ ἔχει οὐδέλαια ωρίσταπλήσιον δὲ τοῖς ἔλαιάσι. Et Plinius libro 13. cap. 25. In mari vero rubro silvas vivere, laurum maximè, & Olivam ferentem baccas &c. confer Plutarchum de facie in orbe luna, & ingeniosissimum. Bochartum loco citato. Ne autem quis putet, oleam aliquam in monte conservatam retinuisse unum alterumve folium, unde columba illud, quod Noacho adtulit, decerpere potuerit, notandum ex Columella lib. 6. cap. 6. item Pallad. lib. 3. cap. 18 illas arbores neque depresso loca, neque ardua, ma-

gisque modicos clivos amare, quales
in Italia Sabinorum, vel tota provincia
Betica deprehenduntur 3. depromunt
ex dicto Syr. cap. 44. v. 19. indeque posse
probari ajunt Henocum & Eliam in
Paradiso adhuc degere. Sed hic decipi-
untur vulgatâ versione, quia in Idioma-
te græco nulla fit mentio *Paradisi*.
Præterea, ut nihil dicamus quod liber
ille non sit in canone, ponimus licet
non concedamus, rem ita esse, non
dum tamen *Paradisus* αἰσθῆτος sed νοη-
τὸς intelligeretur. 4. deflumunt *ex ver-
su 3. cap. II. Apocal.* ubi fit mentio duo-
rum testium, per quos volunt intelligi
Henochum & Eliam. Verum aliter or-
thodoxi Scripturæ *Interpretes* & The-
ologiæ *Doctores*, quorum quidam hoc
adplicant ad duo Test. Vet. & Nov.
quidam vero ad quosvis fideles Eccle-
siæ *Doctores* & confessores, videat pro-
inde, qui plura desiderat, illorum com-
mentationes & dogmata prolixiora 5.
colligunt *ex ipso diluvio Noachico*, quod
pu-

putant loca tantum ab hominibus culta perdidisse, qualem non fuisse *Paradisum* tenaciter propugnant. Sed robur hujus argumenti facile frangitur ex illis quæ superius dicta sunt, tam ab universalitate diluvii; quam quod plura rum fuerint loca, inculta ab hominibus & extra *Paradisum*, quæ tamen vastata, quæ omnia nunc iterum ad naufragium usque repetere nullo sit opus modo. 6. denique necunt à proprio quo-rundam Patrum & Scholasticorum suffragio, qui hoc idem senserint. Verum quidquid in Patribus Scripturarum Auctoritati congruit, cum laude ipsorum recipimus, quicquid non congruit, cum pace eorum rejicimus. Quoties igitur Auctoritas humana adfertur, prudenter omnino agendum, nec facile credendum, nec nimium diffidendum, quia

Intererit multum Davus ne loquatur Herus ne.
Plura, quæ in præconceptæ suæ opinionis adducunt fundamina, si adferamus, magis res obnubilaretur quam illustraretur,

supercedemus prōinde allatis, & cum ter-
restrem *Paradisum* amiserimus ad cœlestē
properemus, unicum enim supereft, in
quo solari possumus jacturam & resar-
cire omnia in infinitum: *Paradisus ter-
renus splendidissimus fuit, sed collocatus ad
cœlestē vilissimus.* Interea dum in
his terris mortalitatis adhuc indui-
mnr Tp̄Ḡn̄ov, *Paradisus noster* sint *Templa*
& *Oratoria*, ubi DEUM sincerè colamus,
eius memoriam, nostram miseriam me-
ditemur, donec ex *horto* & *Paradiso* Ec-
clesiæ militantis transferamur aliquan-
do in *Paradisum* Ecclesiæ superne tri-
umphantis ut fiamus עטן הツק אילו
יזוח להתפָאַר arbores justitiae, *Plantatio*
Jehovæ in glorificationem. Ubi Jehovah
DEUS, Messias noster. *vitæ arbor, Ele-*
ctos suos, φύτυμα εἰς δόξαν fructibus
vitæ, gaudii & dulcedinis æternum,
saturabit.

CUI SIT LAUS, HONOR ET
GLORIA IN SECULA
SECULORUM.



Dum

Inter egregia Eruditionū ornamenta
merito numerandus
Clatiss. Dn. CANDIDATUS

JONAS ERICDASHL

Amplas ingenii dotes Disputatione Graduali
de PARADISO solerter explicuit,
Carmen Gratulatorium

Cynthius O quam Te extolleret tempore
laude

Phœbæum decus & gloria magna virum!
Namque jaceret nequit, Studiis quiclareramq; genis,
Tu qvibus intendis mentem animumq; tuum.

Non latet; in superas (manet alta mente reposu).

Gnavus se se infert æthereasque domos.

Sideris horrifici sævo splendore corusci,

Naturam docuit vis aciesque cui

Ingenii: Alma parens frugū nec jam minus ipsa
Ducitur examen digna subire tuum.

Hortus Eous ubi, sceleris loca conscia primi,

Et primi sedes non diurna Patis.

Atque ibi depingis declivia fluminā fonte

Quatuor ex uno, qvæ sociata ruunt.

Hic jueunda qvies hominisq; haud anxia vita,

Eheu quam fugiens & brevis illa fuit!

Macte nova antiqua virtute: hac itur ad astra,

Illuc perpetuo gaudia dulcia habes.

festino calamo consignavit

SVEN MELANDER.

CANDIDATO *philosophiae* DIGNISSIMO
DN. JONÆ EREDITATE
Amico suo impensè colendo;
Dum Materiam selectissimam,
de
HORTO EDENICO,
eruditè & solerter concinnatam,
DISPUTATIONE GRADUALI
ex Cathedrâ publicâ strenuè defendebat,
Verbis quidem hisce paucissimis, & subi-
taneo calamo;

E denis sacri depingis læta vi-
reta,
Deliciis pascens lensus animumque
decoris;
Ut Paradisiaca decoratus sede be-
ata
Cœlicolarum, animam pascat ter
sancta voluptas!

Mente tamen longè prolixiori
gratulabatur,

NICOLAUS M. FRIDELINUS.

Disputationem inauguralement

Clariss. Dn. JONÆ ERICDHOLI

Philosophiz Candidati probatissimi,

GRATULATIO.

Diu desiderata dulcius obtinentur: quam sententiam vere faciebam Meam, cum in Livonia, fama, quæ nunquam tacere didicis, promulgavit, Te, clarissime Dn. Candidate, pro honoribus Academicis legitime consequendis Cathedram Academicam jam propediem ascensurum esse, simul quidem gaudium gavisus non exiguum, cum mihi, ex officio in me Tuus, & amore, qui nihil reliquit inexpertum, quicquid apueris cum ipsa etate accrevit simul, senescere autem nescivit, per tabellarium, meo Tui desiderio, meaque in Te promptissima voluntati, hecce paucissima transmittendo in Nominis tuis honorem, quodammodo satisfacere licuerit. Egregiam sane disp. materiam elegisti, quid dicam amplius? insignem: quam eadem promptitudine & ingenii tui dexteritate, quam à Te eruditè & nervosè elaboratam atque expositam esse conjecto, ipsam cum laude defensurum auguror. Gratulentur sibi itaque omnes tui præceptores, quorum sidei & institutioni commissus fuisti, de tanto tuo, tam celesti & tam felici studiorum tuorum profectu:

gau-

gaudeamus propinqvi & amici Tui, præsertim
ego, cui, ut spero, Tantum Amicum fortuna
non invidebit! triumphent carissimi cui Paren-
tes, quorum jam senii solatium factus es ma-
gnum & exoptatum! plaudat clarissimus Dn.
Candidatus ipse, cui ingenium egregium non
denegavit divina Majestas! Ut omnia adeo
demum ad vocum Tuum feliciter fluant, fa-
ciat summus rerum Conditor; ut finem,
quem animo meditari, placidam & secundam
auram obreineas! Qvod una cum Tua Clari-
tate cernuus a Trinuno semper precabor: fi-
dele supplicis vocum exaudiat D. T. O. Ma-
ximus! vale!

Dabam Revaliae Livo-
norum in Arce ex Mu-
seo meo 27 Martii
A. 1697.

quam amica manus
adjunxit

GUDMUNDUS MALMBECKEUS,
Wex. Smot.

